

Medice Artis Breuiarium Francisci Pong.

Medice Praxis Compendium eiusdem.

Per conoscere la Peste, e curarla. di Bonifacio Cierva.

Gouerno del uinere: del Bonomo.

Grandezza dell' Acqua, e della Terra. del Bergas.

Considerationi contra l' Berga del Benedetti.


All' Huomo e' disdiceuole lo specciarli. del Bufali.

ATENSO VENETO
VENETIA

NON MELIVS POTERAT VENETOS OSTENDERE COELVM




VON MELLIUS POTTER 1782 OSTFÄHRDE GEBRAUCH



BERENICE
REIN
FRANCOIS

Blank area at the bottom of the page, possibly a title or a separate section of text.

Te Feliciter Sedente
FRANCISCE ERICCIO
Venetiæ DVX Serenissime
Italiae Decus Patriæ Splendor
Stirpis Incrementum
Medica Scientia Sincerior Breuior
In Lucem En Redit
TE SEDENTE
Cuius Nomen Barbari Pauent
Regna Venerantur
Armorum Olim QVI Sepius Gessisti Sceptra
Pacis Modò Beatum Ensem
Ostenta
Subdita Immenso Patore Maria
Maiestate Imple
Terrarum Vniuerso Ambitu
Sagi Togæ Fama Notus
Ætatis O Nunc Tertias Vix Expleas
Secula Visurus Innumera
QVI GLORIÆ PRÆLIBAS NECTAR.



*Fr. Pona subditus humillimus,
cultus, & obsequij votum ponit.*

Te Felicitate Sedente
FRANCISCE ERICCIO
Veneriarum DVX serenissime
Italice Decus Patrie splendor
Stirpis Incrementum
Medica Scientia sincerior Breuior
In lucem En Redie
TE SEDENTE
Cuius Nomen Barbari Paucis
Regna Venerantur
Annorum Qm QVI Sepius Gessit scripta
Pacis Modis Beatum Ensem
Oscula
Subdita Immortalis Patore Maria
Majestatis Imple
Terrarum Vincto Ambitu
Sagi Toga Fama Notus
Aetatis O Nunc Tertias Vix Exploras
Secula Vilis Innumera
QVI GLORIAE PRAELIBAS NECTAR

Pro Rege Johanne duxillimus
Cuius et regis regnum punit

ERE

SERENISS.^{MÆ} AC POTENTISS.^{MÆ}

REIPUBLICÆ VENETÆ.

FRANCISCVS PONA Subditus Humillimus,
Sempiternam Felicitatem.

—0670—0670—



VBLICO Bono natum Opus,
æquiùs nulli, quàm REIPV-
BLICÆ debetur. REIPV-
BLICÆ omnium Amplissi-
mæ, Cuius Immortalitatem
cunctis Cœlestium suffragijs
sanciuit Æternitas. REIPV-
BLICÆ, sublimi Cuius Potentiâ, Regna con-
sistunt, aut nutant. REIPVBLICÆ, Virtu-
tum Sacrario, eximium Cuius regnandi genus,
Extremos quoque Terrarum incolas, in amo-
rem, & venerationem rapuit. REIPVBLICÆ,
longo seculorum ordine, Virgineâ prorsus purita-
te nitenti, Italicæ Libertatis vindici; vni cui (nec
semel) gloria, feros Barbarorum impetus repu-
lisse. REIPVBLICÆ tandem, Religionis Asy-
lo, & Quæ Nauim Sacrosanctæ Romanæ Eccle-
siæ, procellosa tempestate quassatam, etiam in
Pontifice ab hoste acerrimo Friderico exagitato,
fidissimo recepit portu, castissimò fouit sinu, &
strenuis

strenuis consilijs, felicissimæ quieti restituit.

Incolumes, ac Longæuos esse, vbiq̄ gentium Mortalibus est optabile. Longè magis florentissimâ Ditione Vestrà, Terra, Marique felicitatibus affluente. VOBIS quippe imperantibus (EXCELLENTISS. PATRES) nihil Populorum Fide iucundius, quos impensius diligitis; Populis, tam Sancto Imperio ex Diuina Bonitate subiectis, mitissimo hocce iugo suauius nihil.

MORBOS, Exiguæ molis Opusculo, detractâ laruâ, cominùs indicamus, aperti vt hostes facile repellantur: furtim si aliquando irrepant, ad abigendum tela suggerimus.

VOS Augustissimi SENATVS VENETI PATRES, Quos etiam supra Purpuræ Maiestatem Virtus attollit, ARTEM, diuinum quoddam præferentem, Vestros ad pedes humiliter prouolutam, in tutelam recipere, Patrocinio tueri, fauoris aurâ prouehere ne dedignemini. Amabunt Gentes propitio Numine prodeuntem; & insigne fortè Mortalibus beneficium, quæstionum hucusque dilatam ambagibus, seriæ demum Contemplationis, diuturnæque Praxis Studio, SENATV REGVM fauente in lucem erumpere, gratulabitur Posteritas sibi. Defœcata sic Vos obumbret Felicitas; & faustissimum Imperium, pacatissimâ regnandi tranquillitate, ad Aternitatem producat.

De Inſcriptione Opusculi,

A V C T O R

Ad Eruditum Lectorem.



Gigi Lydorum Regi fuiſſe ANNVLVM tradit Plato, quem ſi pala ad volam conuerſa geſtaſſet, à nullo conſpicere-
tur, ſi ad manus dorſum vertiſſet, cunctis pateret. Gygis
fortè ANNVLVS, Noſter eſt: ſi abſcondas, nulli conſpi-
cieris, ſi proferas, MEDICVM te omnes contuebun-
tur; dictum quippe Loquere, vt te videam.

Gygis ANNVLVM lapillis capite ſerpentis euulſis fuiſſe ornatum,
ſcripſit Philoſtratus: tritum MEDICAE ARTIS Symbolum, &
notiſſimum Aeſculapij geſtamen ſerpens eſt: acutiſſima iſ ſiquidem,
& peruigili oculorum cuſtodia pollet, quemadmodum ſumma Vigi-
lantia, ac Prudentia præditum eſſe MEDICVM decet, mentis vt
lumine proſpicere poſſit Morborum tempora, & iudicium ferre de
exitu; vtq; Virgilius de Protheo, prænoſcere

Quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ ventura trahentur. Ob hoc enim
MEDICAM ARTEM, Diuinatoriæ eſſe finitimam, & communem Vatum,
ac Medicorum Patre Apolline genitam volunt.

Vulgare oleum quæ ſapiunt COMPENDII SYNONIMA reſpiciunt,
quoniam ſeculi Genius exolet a auerſatur, aut vilia. ANNVLVM Ope-
ri præſigere placuit, ſin minùs expletæ, quaſitæ ſaltem perfectionis in-
ditium, & qui ipſam quoq; Aeternitatem, ſui paruitate concinnè ex-
plicet; Sit quæ ANNVLVS Dignitatis ornatus, non à MEDICA alie-
nus nobilitate; Quam magnificiſſe Reges ſemper compertum eſt: non
quod ea indigerent ſolum, ſed etiam, vt palam profiterentur, Diuinam
penè agnoſcentes: conſtat hanc factitaſſe Auguſtum, Tiberium, Ti-
tum: prolixius Adrianum; nec perfunctoriè Reges Perſarum, aliasq;
quàm plurimos, quos inter celebris Fame Mitridates Rex Ponti. Pon-
tifiex quoq; ſummus, Nicolaus V. ex Medico creatus eſt; prout etiam
Ioannes XXII. ex Petro Hyſpano, cuius adhuc plura Medica extant
opera. Nec immeritò mirandam Artem hi ſuſpexere: Artem vni Deo
ſecundam, & aliquando Orci limina capeſcentes animas reuocantem.

Quod ſi Deus eſt iuuare mortales, Diuinum propè beneficium quis
neget deberi MEDICO, auxiliari non tantùm, ſed ſeruatori?

Mortem nonnulli ANNVLIS incluſere, Venena geſtantes: Nos
Vitam ANNULO incluſimus, quem PHYSICVM vocare liceat, id eſt
Naturæ virium con fluxu VITALEM, & SALVTAREM; & quem reme-
diorum

Cel. Rhod.
lib. 6. c. 11.

Socr. apud
Plat.

Pier. Hyer.
lib. 16.

Tuill. Emb.
1. Alcibiad.

Geor. lib. 4
& Hipp. lib.

prognof.
Macrob. li.

1. c. 20.

Liu. lib. 2.
belli punici

Cic. contra
Verrem

Tiraq. de
Nob. c. 2. &

31 -

Tiraq. de
nobil. c. 31.

Ciac. in Vi-
tis Pontif.

V. 1. & 2.

Plin. lib. 33
c. 1.

Cel. Rhod.
1. 6. c. 12.

diorum præstantia, Pharmacitem, scientissimi Veteres vocauissent.

Marfil. Fic.
de Vita cæ-
litus comp.

Nec recens, ANNVLIS Vitam producendi vis; Platonis vulgatum antiquitatis, benefico Stellarum adspetu ad Vitæ diuturnitatem consingit. Extat de Thyaneo Apollonio, Iarchæ Indorum Regis munere, septem annulis donato, quibus Auun ad trigessimum supra centesimum annum vixisse testabatur: fabrefecerat scitissime Rex, Planetis seorsim insculptos, vt iuxta dierum numerum singillatim gestaret.

Luminariū
domib. Ve-
nerisq. &
Mercurij.

♄ ♃ ♀

Lipsius in
2. lib. Tac.

Historici il-
lustriores
plures, vsus
que toto or-
be notus.

Digest. Pa-
pin. Vulp.
Paulus.

Pythag.
Symb.

ANNVLVM itaque Nostrum Tu indue digito, qui MEDICAM LAV-
RVM quæris. ANNVLVM, SVBLIMIS REIPUBLICÆ auspicijs ex-
politum, sub illustri Cælestium signorum syndrome, & ob id iuuandi
energia insignitum. Hoc noxia depelles, & Scorpis Morborum aut
fugabis, aut rumpes.

Neq; paruitate despicabilem censeas. Minimissimi digiti ANNULO
adnexa CLAVIS, longè opulentissimam gemmarum Arculam aperit.

ANNULO quoque, Maris quotannis immensitatem metitur,
Barbarosq; Neptunos coërcet RESPUBLICA POTENTISSI-
MA, Cuius Amplitudini, Diuis insculptum Imaginibus, illu-
stribus nunc primùm ausibus OBLATVM ANNVLVM optauimus. Neq;
mirum adeò, innumeris planè terminis conflata Artem, ANNULO
claudi, cum Pyrrhus Parnasum, Apollinem, Musas, Pegasus, An-
nuli gemma gestauerit.

Illud interim memoria teneas (IATROPHILE) ANNVLVM, ex le-
ge, seruis negari. Seruus est, quicunq; alienæ sententiæ, ex animi deie-
ctione subscribit. Quapropter ANNVLVI Nostrum gestamine, Te in Con-
silijs Medicis Liberum, & Ingenuum ostendas, neque haustam Do-
ctrinam tueri acrius vereare: & quod ait Cicero ad Q. Fratrem, sit
ANNVLVS tuus non alienæ voluntatis minister, sed testis tuæ.

Non tamen arctum ANNVLVM geras, hoc est, ne anxie viuas,
nimium de lucro sollicitus; MEDICVM quippe Sacra Auri dedecet
fames, Cui DECVS, ingenti pecuniæ cumulo præferendum.



FRANCISCI PONÆ
PHYSICVS ANNVLVS.

Hoc est
MEDICÆ ARTIS BREVIARIVM.

Operis utilitas, Auctoris intentio, Medicina quid, Medicorum ordines, Medicæ Artis munera, Elementa, Humores, Qualitates primæ, Temperamenta, Anni tempora, Aetates. Cap. I.

VITA hucusque breuis, Ars longa; breuis erit Ars imposterum vita longa; Medicum quippe compendio facimus, elusis Asiaticæ prolixitatis ambagibus. Laconica, nec tamen obscura breuitate exiguo libello complexa Arte, ingentium laborum redempta fortè nobis debebuntur dispendia. Iuniores arcet difficultas, aut diuturni operis tædium à studiorum itinere. Nos contracto stadio allicimus, vt gratiam labori conciliemus. Nec Proiectiores Opellam temnent, quam paucis congesta, quinimò digesta paginis suggerentem, voluminibus adhuc distracta plurimis. Vos quoque Optimates, quibus summa semper sciendi laus, amabitis perfunctoria lectione, Medicis ita imbui dogmatibus, vt pro arbitrio possitis seriam cum Archiatri disputationem inire; Artem quandoquidem recrementis hucusq; impuram, longa meditatione, solidoq; vsu, vobis repurgare conati sumus. Veritas odit moras. Non quærit ornatum, quæ pudenda neutiquam nuditate, se se mortalibus ostentat.

Ab Hippocrate, Galeno, alijsquè Medicæ Artis Principibus, nunquam deficimus; non tamen ita eorum doctrinæ in-

A

sedimus,

sedimus, ut nosmetipsos, si res exigat, ostendere vereamur.

*Medica Ar-
tis dignitas.
Eius finis.*

ARS igitur MEDICA, presenti sanitati tuendæ, & amiſſæ reſtituendæ Cœlo demmiſſa, circa defectum, & exceſſum verſatur; ſuperflua ſubtrahendo, deficientia reparando in corpore humano: in quo ſi ablationi additio reſpondeat, morborum ferè neſcia ad vltimum ſenium vita producitur.

*Medicorum
ordines.*

Triplex eſt Medicorum Ordo. Empiricorum, ab experientiâ tantummodò rerum obſervatarum. Methodicorum, regulis complectentium Artem, & iſdem ſemper remedijs vtentium. Rationalium, qui cuncta ad rectè medendum accuratiùs perpendunt, & Medicorum antonomatiçè nomen merentur.

*Medica Ar-
tis munera.*

Multiplex Medicæ Artis munus. Naturam hominis indagare: à morbis præſeruare: per ſigna morbos inquirere: de varijs morborum temporibus iudicare: cognitos morbos debellare.

*Elementa quæ
& quot.*

Quoniam autem vnumquodq; corpus elementis conſtat, horum numerus innotefcat; reiectiſquè obliq; philoſophantium ſententijs, finita eſſe dicamus, non tamen vnum, nec plura quatuor, Ignis, Aër, Aqua, Terra. Ignis calidus, & ſiccus; Aër, calidus, & humidus; Aqua frigida, & humida; Terra, frigida, & ſicca.

Humores.

Elementis, natura, & numero, humani corporis humores reſpondent. Bilis, ſanguis, pituita, melancholia. Bilis munus eſt, corpus vegetum reddere; animal ad actiones excitare: item

Bilis munus.

iuuare coctionem, & diſtributionem, nec non laeſitatis in teſtibus, excrementa expellere. Sanguis, dulcis, ac benignus humor, & maximè ad vitam conducens: eò eſt laudabilior, quò minus cæteris humoribus mixtus, ſi maximè computreſcant.

Sanguis.

Pituita, albus, fatuus, craſſuſq; ſuapte natura humor; in ſalubribus, ſuis commodis non ignobilis: pituita ſiquidem deficiente cibo, à calore concoquitur, & corpus diù alit; neruorum, & oſſium motum iuuat, & linguam alioq; areſcentem humectat. Melancholia, ſeu bilis atra, ſanguinis ſedimentum eſt, humorum frænum, & ſapientiæ fomes, niſi excedat, aut alteretur.

Pituita.

Melancholia

*Elementa in
quolibet
mixto.*

Prima qualitates.

*Qualitatum
gradus, &
manſiones.*

In quolibet mixto, elementa reperiuntur; in nullo tamen pura inueniri dicendum eſt. Frigidum & calidum, magis actiua ſunt ſiccò, & humido: alterum autem ſemper prædominatur in composito.

Nonnulli, gradus qualitatum excogitarunt, manſionibus diſtinguentes. Plurima eorum, quæ in primo gradu calida ſunt, vſurpantur ſub ratione alimenti: Quæ in ſecundo, ſunt ſenſibiliter alteratiua, & alimentis ac medicaminibus communia:

Quæ

Quæ in tertio, dicuntur pharmaca, tum salutaria, tum noxia; & hæc non tantum sensibiliter alterant, sed lædunt sensorium: Quæ in quarto, veneni ferè semper naturam sapiunt, & sensorium corrumpunt; & quò minori quanto efficiunt, eò sunt deteriora; quod non intemperie tantum nota, sed occultis etiam (apud imperitos) qualitatibus obsint; quæ tamen ad manifestas facillè à Philosophis reducuntur.

Temperamentum est constans calidi, frigidi, sicci, & humidum commixtio; seu concentus primarum earundem qualitatum, resultans ex elementorum concordia: Aequale autem prorsus, imaginarium potius est, quam reale: quare temperatum illud erit, quod minus ab æqualitate distabit, ita vt laudabiliter se gerat, muneribus suæ naturæ obeundis: quoniam Eucrasia, suam latitudinem habet satis amplam, circa mediocritatem: à qua valdè si recedat, intemperatum euadit, & vnius excedentis contrarij naturam, & nomen induit.

Temperamentum quid.

Temperatum.

Intemperatum.

Temperamenta dantur simplicia, & composita: simplicia sunt calidum, frigidum, humidum, siccum. Composita sunt ex duobus, eorum altero superante. Intemperies quoque dantur his oppositæ, simplices, & compositæ.

Primæ qualitates, dupliciter dicuntur tales. Primo absolute, idest secundum simplicem, ac sinceram eorum essentiam: & ita elementa tantummodò calida, frigida, humida, & sicca dicentur. Secundò, iuxta prædominium superantis in mixto, & ita calidum dicemus, aut frigidum, quod magis in hoc, aut in illud verget.

Veris temperamentum calidum est, & humidum: Aestatis, calidum, & siccum: Autumni, inæquale, idest de calido, & de frigido participans: Hyemis, frigidum, & humidum.

Ver quale aliq; anni tempora.

Pueritia, cuius pars prior, idest infantia, durat ad decimum quartum annum; temperamento calido, & humido est insignita.

Pueritia temperamentum, & terminus Adolescētia

Pubertas: & adolescentia, à decimoquarto ad octauum supra decimum; & ab eo ad vigesimum quintum, minus habet humidum, magis calidum; optimè tamen sunt hæc commixta, & vix alterum excedit.

Iuuenta; decennio excluditur; calida est & sicca; & æstiuo respondet temperamento.

Iuuentus ad trigesimum quintum annum.

Consistens ætas, seu virilitas, est à trigesimo quinto, ad quadagesimum nonum: minus habet caloris, siccitatis magis, quam iuuentus; iccirco nullum tunc corpori incrementum, cessante caloris energia.

Virilitas quousq; & qualis.

Senij diuisio.

Senectæ triplex mansio. Prima, à quinquagesimo ad sexagesimum annum; & florida senectus dicitur: calor mutatur in frigidum; remanent tamen consistentis adhuc caloris vestigia; & augetur siccitas.

Decrepitas.

Secunda est à sexagesimo ad septuagesimum; qua ætate, à negotiorum mole ablegandi (non rarò) videntur homines, tum animalium facultatum, tum corporis imbecillitate: hæc siccior adhuc, & frigidior.

Ex quibus colligantur verum temperamenta.

Tertia est ad interitum; nempe capularium, & de pontanorum, frigida maximè, & sicca: & de qua dictum, labor, & dolor. Temperamenta simplicium, ex colore vt plurimum, odore, & sapore colliguntur: minùs ex colore, magis ex odore, ex sapore maximè: tutiùs ex omnium syndrome.

Fætus, & eius inuolucra. Semen. Sanguis menstruus. Generationis modus. Gestationis vteri tempus. Formatio fætus. Cap. II.

Fætus quid

Fœtus est hominis rudimentum, e femine, & menstruo sanguine genitum, concurrente vtroque parente.

Membrana inuoluentes

Membrana inuoluentes tres sunt. Corois, sine secundina; Allantoides, siue intestinalis; Aranium, seu auricula, excrementa fœtus continens. Reperitur in aliquibus quarta, indusium vulgo appellata.

Menstruus sanguis.

De femine maris, & feminae, vide capite de Gonorrhæa, infra. Menstruus sanguis est superflua maternæ nutritioni portio, ad fœtus alimentum. à Semine differt.

Conceptus ordo.

Conceptionis exordio semen contrahit innatum calidum; Mox commixtis femine, & sanguine, membranae fiunt ad inuoluendum fœtum, quæ vt etiam nutritioni eius conducerent, venis, & arterijs repletæ sunt.

Gestationis tempus mulieri incertum.

Efformantur prius cor, cerebrum, hepar, deinde aliæ paulatim partes.

Mulieri non est certum gestationis vteri tempus; aliæ quippe septimo, aliæ octauo, aliæ nono; nonnullæ decimo, & vndecimo pariunt. Septimestris partus saepe vitalis est: rarò octimestris, nisi in Aegypto ob celi clementiam, & mulierum fertilitatem.

Abortus.

Abortus est fœtus perditio, aut in vtero, aut extra sine partu

tus

us præter naturam immaturus, & non vitalis.

Mas, triginta diebus perficitur, foemina quadriginta duobus.

Quot dieb. foetus perficitur.

Propter abundantiam feminis, & eius in vtero distributionem, multiplex aliquando partus. De monstris alibi, peculiari tractatu.

Causa partus multiplex.

Effigies, ex spirituum actione oritur. Oculi, nares, ferè semper patri similiores. Os, genæ, mentum, matri.

Effigies vnde.

Morbis quid, Sanitas, Symptoma; Indicatio, Scopus.

De vrinis, & pulsibus perfunctoriè.

Cap. III.

Morbis est constitutio præter naturam, immediate ledens operationes. Triplex est morbis, nempe intemperies, mala compositio, & soluta vnitas. Potiora morbi tempora sunt, principium, auctio, status, declinatio.

Quid morbis.

Quotuplex. Eius tempora.

Sanitas est constitutio secundum naturam, illesis operationibus animalibus vitalibus naturalibus.

Sanitas quid.

Corpora triplicis differentiae sunt, salubria, infalubria, & neutra, quorum cognitio ex peculiaribus signis patet: sed hoc est alia tractationis.

Corpora distinctio.

Symptoma, est quoddam consequens morbum, aut antecedens.

Symptoma quid.

Causarum morbificarum, alia interna sunt, alia externa. Interna, v. g. putredo humorum, externa, exempli causa error quilibet in sex rebus non naturalibus.

Causa.

Indicatio est norma, seu ordo rerum proximè, & ritè agendarum circa ægritudinem; præcipuè autem indicationes desumuntur à morbo, morbi causa, & viribus. V. g. febris quia morbis calidus, indicat refrigerationem: Copia humorum, quia est causa morbifica, indicat euacuationem: Vires quia valida indicant remedium generosum, quia fracta, benignum, alia quaedam indicationes dantur, sed minoris momenti.

Indicatio.

Pulsus est cordis, & arteriarum dilatatio, & contractio, ad caloris attemperationem, & fuliginum expulsionem.

Pulsus quid.

Calor attemperatur attracto aëre, fuligines extruduntur motu subsultante cordis, & arteria, qui est similis vndæ impellenti vndam.

Pulsuum differentia præcipua, sunt quinque, à spacio, à tempore, à quiete, à mouente, à motu.

Bius diff-
rentia.
Appellatio-
nes.
Nomina pulsuum magis cognita ista sunt. Celer, tardus: magnus, paruus: Altus, humilis: longus breuis: vehemens, languidus, plenus, vacuus: Creber, rarus; Ordinatus, inordinatus: Aequalis, inæqualis. Ista relationes sibi inuicem respondent: non ita exquisitè deficiens, recurrens, intercipiens, bis feriens, caprissans, undosus, vermiculans, formicans, ferrinus; quæ omnia nomina Medicus noster siens apprehendat, alia tractatione, exactissimam singulorum dignotionem, & ex his præfagia habiturus.

Vrina est serum sanguinis, per quod de ægrorum salute, aut morbo iudicium fertur.

Vrina quid
Qua in vri-
nis spectan-
da.
In vrina præcipuè considerantur substantia, quãtitas, qualitas. Substantia est crassa, tenuis, aut mediocris: sola hæc laudabilis, aliæ vitiosæ. Quantitas salubris est, quæ liquidis assumptis plus minus respondet: mala, quæ excedit in plurimo, aut paucissimo. Qualitas, quoad primas, bona est, quæ moderatè calida: quæ ab hac distant, morbosæ. Quoad secundas, salubris est, quæ moderatè splendens, quæ odoris non omninò expers. Opaca, tenuissima, variè colorata longè à pallido, male olens, à sana recedit. Omnino inodora, cruda est; fœrens putredinem in iecore, & venis indicat. Nimis copiosa fit propter iecoris debilitatè, quoniam caloris imbecillitate, nequit chylosa portio in sanguinem immutari, sed in serum transit. Paucissima est, aut propter ingentem calorem iecoris, aut propter labefactatam chyli distributionem.

Color optimus auro pallefcenti similis est. Hanc vocant pallearem, vel spiceam, à matura messe. Proximæ bonitate sunt flaua, rufa, subcrocea: & hæc mediocres sunt. Malæ autem rubea, cruenta, liuens, viridis, nigra. Si autem Nephritis, vt suo loco dicemus, aut Icterus ægrum teneat, aureus, aut niger, ex vrina non est salutis aut interitus iudicium ferendum.

Circa vrinæ colores, animaduertendum est, an immutata fuerit assumpti alimenti causa: an potus; an medicamenti: an veneni. Item vtrum à vigilijs immodicis, nimio somno, coitu, labore: de quibus seorsim agemus libello de vrinis, vbi exactè de præfagijs ab his ferendis.

Contenta vrinæ sanorum, sunt alba, leuia, æqualia, exigua: ægrorum contra.

Opaca fit vrina, quoniam crassus permiscetur ei humor, pituitosus, aut melancholicus, aut vterque. Bilis enim crassam non facit, sed splendidam, & perspicuam.

Vrina flaua fit, à bile laudabiliter, aut saltem sine excessu permixta.

Rubens à nimia bile.

Cruenta, à sanguine.

Viridis, propter siccitatem insignem.

Calore autem deficiente, fit plumbea.

Nigra, à flaua bile superassata.

Alia vrinarum subdiuisiones, aliaquè colorum causæ dantur, sed ista sobriè sapientiam artis quærenti sufficiant modò; non enim quæstionibus, sed claritati laboramus.

Humani corporis textura. Facultates Principes, eorumque Sedes. Spiritus his respondentes.

Cap. IV.

IN humani corporis Analyfi (in qua à veteribus & Neotericis discrepantia plurima, nec tamen fortassis à veritate aliena afferemus) exactissimam, Deo dante, Anatomis doctrinam dabimus, sat erit modo internorum morborum veluti sedes memorare, & crassa, vt aiunt Minerua, humani corporis opificium lustrare.

Diuidamus itaque in supremum, medium, & infimum ventrem, & artus. Caput, supremus est venter: Thorax, medius: Abdomen, infimus. Artus, brachia sunt, manus, crura, pedes.

Capitis præcipuè partes in quibus subiectantur interni morbi, sunt pericraneum, cranium, tunica, seu membranæ, cerebrum, oculi, aures, nares, os, & eo contenta: hæ autem similibus constant.

Pericraneum, membranula est tenuissima, cranium vestiens, eximio sensu insignita, & duræ matris propago.

Cranium, os est cerebrum continens, tribus futuris legitimis distinctum, lambdoide, coronali, sagittali; alia sunt commissuræ potiùs, quàm futuræ.

Membranæ cerebrum vestiens duæ sunt: quarum craneo proximior dura mater, siue meninx, altera pia nuncupatur, inuoluens cerebri substantiam.

Rudis humani corporis distributio in portiores partes. Capitis crassa distributio.

Pericranior quid.

Cranium.

Meninges.

Cere-

*Cerebri di-
uifio rudior*

Cerebrum diuiditur in sinus, seu ventriculos geminos anteriores, & in cerebellum, occipite contentum: cuius admiranda prorsus compositio, aliam postulat tractationem.

*Nudi oculi
fabrica.*

Oculi partes præcipue sunt, muscoli, alba tunica, aqueus humor, vnea, retiformis, ciliaris, vitreus humor, cornea: humor cristallinus, neruus opticus: adiacentia modò mittimus, de quibus alibi.

*Auris con-
structio.*

Auris partes sunt, cartilago, cutis, carnosus processus, ab extra. Internæ verò sunt, ossa lapidosa, cauernula, neruus quintæ coniugationis; ossicula tria, incus, malleus, stapes: & membranula quam tympanum vocant, cum fidicula transfuersa apposita.

Nariv structio.

Nasum construunt os hythmoide, seu cribrosum, processus mammillares exeuntes à cerebro, & cartilagines interstitio sectæ.

Oris partes.

Oris partes sunt labia, dentes, gingiua, lingua, palatum, gurgulio, fauces.

Colli interna partes.

Collo innititur caput; intra collum sunt aspera arteria, œsophagus, tendones magni, nerui plures, venæ multæ.

Thoracis partes.

Thoracis partes sunt costæ, pleura, muscoli, mammæ, vertebræ aliquot, pulmones, cor, diaphragma.

Abdomine contenta.

Abdomine continentur ventriculus, mesenterium, omentum, iecur, cistis fellea, lien, renes, intestina, vrinaria vasa, & seminalia, vesica, vterus; adhærent, penis, testesq; penduli.

Natura hominis quid.

Natura, hominis, nihil aliud est, nisi peculiaris constitutio, seu partium corporis temperies, & compages, quæ in elementorum commoderatione consistit.

Facultas quid, quotum plex.

Facultas, est actionis causa. Facultates autem principes in homine, tres sunt: Animalis, vitalis, naturalis. Animalis omnium præstantissima in cerebro residet, & per neruos, sensum, & motum vniuerso corpori comunicat. Fonetquè intelligendi potentiam; & voluntarijs præst actionibus. Vitalis, per arterias, vitam corpori tribuit, & in corde viget; & irascibilis est fomes. Naturalis in hepate, & per venas toti corpori alimentum suggerit; & ab hac appetendi, & concupiscendi vis pendet.

Animalis facultatis diuisio.

Animalis rursus facultas, triplex est: sentiens, & sensus effectrix; mouens, & princeps. sentiens pertinet ad visum, odoratum, auditum, gustum, & tactum. Mouens, musculorum est: Princeps, in imaginatricem, ratiocinatricem, & memoratricem distinguitur. alij addunt sensum communem, quem tamen imaginatrix comprehendit.

- Imaginandi vis, in anterioribus cerebri sinibus viget: ratio-
cinatrix in medio: memoratrix in posteriori.

Imaginatricis sedes.

- Vitalis rursus ab alijs distinguitur, quoniã animalis arbitrio fit, quoad sensum spectat, & motum; hæc autem perennis, & quæ nullatenus cum animali lædatur, aut cum naturali primario: illis quippe laborantibus, sæpè immunis conseruatur.

Vitalis.

Naturalis munera sunt, generare, augere, & alere. Generat, substantiam commutando, & conformando: ita vt generatrici officium sit, partes, ipsumq; fœtum expromere. Auget, corpus per omnes dimensiones extendens, ad perfectam vsque magnitudinem. Alit, assimilando, idest conuertendo alimentum in viuientis substantiam.

Naturalis.

Altrici facultati ancillantur aliæ quatuor, attratrix, retentrix, alteratrix, & expultrix.

Animali, vitali, naturaliquè facultatibus, totidem respondent spiritus, iisdem planè nominibus insigniti. Est autem spiritus, substantia ferè imperceptibilis, auræ tenuiori similis, cuius munere facultas à partibus præcipuis, ad reliquas defertur, ad actiones edendas, quarum primarium est instrumentum. Impetum facientem vocauit Hippocrates, eo quodocyssimè feratur per corpus, vehemensq; eius sit in agendo energia.

Spiritus facultatibus destinati.

Spiritus qd.

Animalis spiritus, si eius materialē causam quæramus, aër est purissimus, inspiratus, & naturæ munere operantis, successiuè attractus ad cerebrum, prius alibi (vt dicemus) elaboratus, si effectricem volumus, vis est cerebri substantiæ, quæ ad animæ actiones spiritum aptat: si finalem, in aptitudine ad motum, sensumquè consistit: si formalem denique, in ipso sentiendi, mouendiquè actu sita est.

Spiritus animalis materia.

Effectrix.

Finis.

Forma.

Procreatur autem animalis spiritus, ex vitali subtiliore, & proinde altiora corporis petente: eiusquè sedes est in cerebri veluti centro, in plexu nempe illo, qui à venarum frequentia, coroides dicitur, quasi inuoluentem fœtum tunicam referat; vbi attento, exactoq; naturæ opere, ceu animæ instrumentum præcipuum, animalis hic spiritus coquitur, & ab omni ferè materie fœce segregatur. Dicitur porrò animalis, non quod pars animæ sit, incorruptibilis prorsus, & quauis materie carentis, sed quod ipso vtatur anima, tamquam immediato suorum operum adminiculo.

Immediata substantia.

Sedes.

Ratio conditionis.

Cur animalis dicatur.

Vitalis spiritus, cordis ædes inhabitat; ac inde effusus, vitam secum per vniuersi corporis penetralia non tantum, sed &

Vitalis spiritus domicilium.

ambitum defert. Ex aëre inspirato, benignoque humorum natura generatur, sanguinis præcipuè, quod si aut respiratio impediatur, aut effatu digna fiat inanitio, aut aliquid ex toto præter naturam occurrat, suffocatur, resoluitur, corrumpitur.

*Naturalis
cui parti in
fideat.*

*Quomodo in
vitalē trās-
mutetur.*

*Corpus qua
ratione per-
currat.*

Naturalis, à iecore procedit; alimenti portio purissima, vix corporea, ex laudabiliore coctione sanguinis. Ex hoc, per venam canam ad cor ascendente, noua caloris in corde facta elaboratione, vitalis spiritus fit, qui per arterias, & venas, vniuersum corpus permeat.

Sobriè res non naturales recensentur.

Cap. V.

*Causa con-
seruatrices.*

*Aëris neces-
sitas.*

*Aër qui bo-
nus, qui ma-
lus.*

*Corrigendi
aëris oratio.*

Cibi finis.

*Qua in su-
mendo cibo
obseruanda*

*Cibi bonitas
in quo con-
sistit.*

*Si est qui ma-
lus.*

*Mediocris
in cibo as-
sumptione ne-
cessaria.*

*Qua sanis,
qua aegris con-
ueniant.*

AËR, cibus & potus, motus & quies, somnus, & vigilia, repletio, & inanitio, animiq; pathemata, causæ sunt conseruatrices, & sex res non naturales dicuntur.

Aër, vbique mortalium inspiratur: vita homini extra illum esse non potest: spirituum materiam diximus, spiritus, ministros actionum, ac vitæ.

Melior, quo purior, cuius qualitates venaberis ex nostro pro ALOYSIO PRIVLO Senatore Amplissimo Consilio. Cap. VII. Palustrium locorum pessimus, item foetentibus locis emissus. Emendari tamen suffitu potest, aut ignibus, alterantur quippe in contrarium, & impuritatem abigunt, aut absumunt. **C**ibus, reparandæ deficienti substantiæ inferuit; in quo assumendo, ratio habenda est bonitatis, quantitatis, consuetudinis, delectationis, sumendi ordinis, temporis, sumentisquæ conditionis.

Bonus cibus est, qui concoctu facilis, medijs qualitatibus præditus, vergens ad humidum; Malus, concoctu difficilis, & excedens in qualitatibus primis. Nimia item etiam laudabilium ciborum ingestio morbos facit: mensura igitur habenda, nec ad satietatem explendus venter: Quamquam salubre corpus tantum concoquere, quantum appetere dicatur. Non ita neutrum, & infalubre; quorum dignotio, penes æqualitatem, aut exsuperantiam humoris alicuius in mixto.

Contrarijs tolluntur contraria: similia conseruantur similibus. Sano itaq; similia; ægro, in contrarium alterantia conueniunt.

Consuetudini, plurimum tribuendum: ita tamen vt prana, in melius mutantur sensim ac sensim: repentine quoniam quæque mutationes periculosa. Appetentiæ pariter aliquid dandum, ita profectò ne gratia ægro officiat.

Consuetudinis ratio habenda.

Concocti facilia in sumendi ordine, difficilibus sunt præmittenda: liquida solidis; lubrica stipticis. In sanis hora prandij, & cænæ sit consueta: in ægris, quæ ab accessione morbi indicatur; procul nimirum ab ipsa quantum fieri possit, cæteris paribus.

Ordo in cibo sumendo.

Sumendi tæpus.

Cuilibet ætati temperantia utilis in cibo assumendo: vt illor virilitati, quoniam corpus consistit, minorique eget alimento,

Ætatis quæque respectus sit.

Pro motu Gymnasticam intelligimus, artuum scilicet exercitationem, cui desidia opponitur. Si partes igitur debite exercentur, plura inde sequuntur commoda: instrumentorum nempe corroboratio, caloris innati augmentum, & spirituum ad obeunda munera alacritas.

Motus quomodo accipiendus.

Ex eo comendo.

Confert autem exercitatio maximè summo mane (nisi debilius caput Auroram recuset) ieiuno stomacho, exclusis excrementis, pacato animo, ad primum vsque sudorem.

Tæpus exercitationis.

Præstat cæteris lenis deambulatio, lusus parvæ pilæ, non tamen sub dio; Equitatio moderata: ab his autem conferunt leues frictiones, aut absterio sicco linteolo.

Quies rarò sanis, sæpè ægris utilis; his omnimoda, quoniam coctiones quiete fiunt; & quiescente corpore, natura contra morbum insurgit: illis mediocris, & intermissa; vt sufficiat ad refocillationem corporis à labore, animi à cogitationibus.

Quies quibus utilis.

Iuniores magis exerceantur quàm pueri, aut senes.

Coitui quoq; sua sunt commoda, maiora tamen detrimenta, si indiuiduum spectemus: alleuiat, exhilarat, confortat sensus, multasq; prohibet ægri tudines, si rarò, leniter, & cum propria vxore. Biliosis, gracilibus, senibus, imbecilibus nocet. Soluta aluo, perniciosissimus; item à balneo.

Coitus quædo, & quibus prosit.

Quibus obstat.

Somnus est sensus, & motus, citra vitæ aut salutis lapsum cessatio; seu maus, reuocatio spirituum ad proprias sedes: in somno quippe facultates feriantur, potissimum animalis.

Somnus quid.

Prouenit is ab utili humiditate cerebrum irrorante: vaporibus benignis ex alimento sursum latis, & cerebri frigiditate concretis.

Eius causa.

Somnum moderatum, bona multa sequuntur, cibi concoctio, & distributio; pathematum animi sedatio; reparatio virium:

Ex somno quæ commoda.

*Ex eodem
damna.* sitis tollitur, & natura promptior ad agendum insurgit. Somnus valde diuturnus, malus; stuporem quippe inducit, corpus debilitat, transpirationes cohibet, excrementa retinet. Breuior iusto pessimus; nam humores acuit, spiritus absumit, sitim inducit. Diurno, nocturnus præstat. Commodior à cæna decubitus super sinistrum latus: vt cibus detineatur in fundo ventriculi: concubia verò iam nocte, super dextrum, vt commodius chylus, & excrementa transmittantur.

*Supina dor-
mitio mala.* Supini qui dormiunt in stuporem, paralytim, apoplexiam, ephialtem facilè incidunt. Qui proni, in morbos oculorum. Febricitantibus perniciosus somnus circa accessiones.

*Somnia qua
quatenus
Medico ob-
seruanda.* Non somni tantum, sed & somniorum debet Medicus habere rationem; superstitione tamen prorsus amota, & ad humorum prædominium, aut partium lædendarum prognosticum.

*Vigilia quæ
ad pernicio-
sa.* Vigiliæ immodicæ detrimento sunt: faciunt enim cruditates, caput siccant, nutritionem impediunt, & in phrenesim deducunt, quoniam cerebri eucrasiam euertunt, sensusq; omnes lædunt, aut etiam corrumpunt.

*Repletiones
aut mala.* Repletiones cibi & potus ad satietatem, distenta ventriculi capacitatem, aut humorum augmentum ad excessum, aut vasorum dirruptionem faciunt, aut virtutem ebruunt, viresque dissoluunt, & si alter humorum exsuperante, præsertim pituita, cacochimia suboritur.

*Inanities ad
qua spectet.* Inanities aut generalis est, aut particularis. Generalis, quæ aut totius corporis, aut omnium simul humorum. Ad illam pertinet inedia, purgatio, vomitus, sanguinis quæcunque emissio: item sudor, vrina, seminis effusio. Ad hanc narium mucus, aurium sordes, oculorum purgamenta, sputamina, hemorrhoidum, vterique expurgationes. Iterum duplex est inanities, alia spontanea, alia coacta. Spontanea est alui, sudoris, vrinæ, insensibilis transpirationis, & similes: Coacta quæ ab arte fit, vel externo casu; puta dum à vulnere sanguis effluit. Excretiones consuetæ, si vires ferant, laudabiles; suppressæ omnes, periculosæ.

*Animi affe-
ctus.* Pathemata animi omni studio compesenda; Ira potissimum, & amor. Iram facit sanguinis efferuescentia circa cor, si præcipuè biliosus sit. Amorem, sanguis in iecore benignus, atque copiosus: de cæteris alibi.

Ira unde.
*Amor à quo
fiat.*

DE FEBRIBVS.

Febris quid. Ephimera, Synochus, Tertiana, & inter eas, qua Horrifica dicta. Cap. VI.

Febri est calor præter naturam accensus in corde per arterias, & venas, totum corpus permeans, & actiones lædens.

Febrium porrò aliæ sunt ephimeræ, aliæ putridæ, aliæ hecticæ. Ephimera ab vnius diei spacio dicta, ad quadragesimam aliquando horam protrahitur, & vltius, sed rarò, vnica tamen accessione. Fit autem à spiritibus supercalefactis, nec rarò propter venarum oscilla obstructa. Ab ira vt plurimum, ebrietate, labore excitatur: interdum à bubone. Sanatur refrigerante victu, & quiete.

Febres putridæ omnes à varijs pendent humoribus, putrescentibus varijs in focus, vel in venis, vel extra: ex putredine verò humorum, ingens calor excitatur. Putrescunt humores, vel omnes simul, vel duo simul, vel vnus tantum. Ex omnium putredine synochus continens putrida suboritur, quæ vnica, vt plurimum accessione in multos dies protrahitur, ferè semper sibi similis, & vt Græci vocant Omotona: differt autem ab Ephimera, & protractu, & quod illa caret putredine.

De genere putridarum est, & tertiana legitima, alternis diebus inuadens, ex sola bile putrescente suborta: ab insolatione potissimum, vehementi exercitio, ira, corpore malè disposito, ac repleto: ab ebrietate, esu fructuum horariorum, vsu meri, aut aromatum.

Cum rigore inuadit, aliquando cum vomitu, animi deliquio, alui solutionibus, siti, viscerum ardore. Crudis initio vrinis, & albicantibus; concoctis, rufisque in statu, atq; decremento. Pulsus in accessione parui, tardi, vt plurimum rari: in incremento magnis, celeribus; in declinatione, redeuntibus ad naturam: Septem vt plurimum accessionibus absoluntur. Refrigerandum est, humectandum, euacuandum: tollendæ obstructiones, symptomatibus occurrendum (quorum remedia quæres hic proprijs locis:) roborandum præcipuè cor.

Pro ætate, viribus, anni tempore, febris vehementia conuenit venæ sectio.

Ex bile commixta pituitæ, vtraq; putrescente, febris tertiana

Febris quid

Febrium diuisio.

Ephimera que.

Eius causa, interna.

Externa.

Præsagium, & curatio.

Putrida febres à quib.

& quomodo fiant.

Ephimera differētia à synocholputrida.

Tertiana legitima que.

A quo humore causa externa.

Signa.

Vrina.

Pulsus.

Præsagium, Scopi.

Tertiana nota.

*Quo tempore
saniant.*

tiana notha suboritur, cum rigore incipiens: hæc circa autum-
num frequentior. Longior est accessio quam in legitima, &
septimum ferè semper excedit circuitum, ad quadragesimum

Duratio.

non rarò diem perdurans; quod si cum lienis vitio iungatur, in-
terdum ad sextum mensem pertingit. Si intermittit, vacat pe-
riculo: sin minus, contra. Quod si perperam curetur, aut in
victus ratione æger delinquat, in quartanam degenerat, aut
lethalis fit.

*Nota.
Prognosticū*

Curatio.

Eadem ratione curatur, qua legitima: magis tamen abster-
gendum, & incidendum; minùs (respectuè) refrigerandum.
Expurganda simul pituita, & bilis, blandò primum leniente,
mox (si opus sit) vsurpatis etiam purgantibus.

*Febris hor-
rifica.*

Harum febrium nonnullæ horrificæ dicuntur, quoniam non
modò accessionis tempore horrorem inducunt, sed tota febris
duratione; cui adiungi solent cibi fastidium, animi diliquium,
syncope, conuulsio. Curatio ferè eadem, habito seorsim re-
spectu symptomatum. Saniore istæ, ac rarò salute solvuntur.

*Signa.
Curatio.
Prognosis.*

Remedia.

Tertianarum curatio esto, syr. de violis sol. cum dec. tamar-
indorum: seu cassiæ flos cum tamar. sectio venæ (vt supra)
die quietis: sanguinis quantitas, pro viribus, & ætate. Pro
alterantibus serum lactis cū cicoraceis. Potus cum cibo sumen-
dus; succus granatorum ad vnc. 6. aqua fragarum, anguriæ,
cicorei an. vnc. 9. sacchari candi pul. vnc. 5. misce. Quod nisi
ventriculo laboret patiens, aut non arrideant stillatitiæ, aqua
fontana vtemur. Verùm nisi febris solvatur, capiat transacta
quarta accessione, vel quinta, infusum rhabarbari cum syr.
rosaceo sol. & diacatolic. Victus in hac febre conuenit humi-
dior, & frigidior, præcipuè in iunioribus, & æstiuis mensibus.

*Potio iucun-
da, & salu-
bris.*

Dieta.

*Notha ter-
tiana cura.*

Notham tertianam curabis eadem fermè ratione: vsurpa-
bis tamen cum syrupo ros. mel ros. Largius (si vires ferant)
sanguinem detrahes, magis attenuare, ac incidere tentabis,
acetoso nempè simpl. Oximellite, syr. de succo limonum, aut
citri. Si studiosus, aut alia ratione melancholicus sit æger, hi-
rudines sedalibus venis affigito: si ex capite laboret, viresq;
imbecillæ sint, cucurbitulis rem peragito, partim scapulis
partim infra renes affixis.

Cautio.

De febris Quotidiana, Epiala, & Lypiria.

Cap. V. l. l.

Pituita putrescens, febrem diuturnam facit, & cum frigore ferè continuo sensu: accessio diebus singulis, quare ei quotidiana nomen; vespertinis horis inuadit, pituita quippe mouetur vespere, melancholia noctu, sanguis mane, bilis circa meridiem. Pituitosis febribus parui pulsus, tardi, vrina multoties albida, aliquando rufa quoniam bilis licet modica effluit. Stomaci dolores, tarda locutio, flatus intestinorum. Omnium febrium rarissima sunt, pura pituitosa, quod talis humor difficulter putrescat solus. Etiam declinationis tempus diuturnum, & quamquam abeunte febre, perditur febrilis calor, vt continua ferè videatur. Nullus initio sudor, etiam decremento exiguus: calor lenis, sitis modica, nullusq; exustionis sensus.

Quotidiana febris.

Quo diei articulo mouetur pituita, ceteriq; humores.

Pulsus.

Vrina.

Symptomata.

Natura.

Signa.

Prasagium.

Scopi.

Vitæ pituita inditio.

Curatio.

Cautio.

Oximel da-

obstruens.

Longa, non autem periculosa est hæc febris nisi spirituales partes grauius afficiantur, quod ex respiratione patebit.

Curatur initio incidentibus, mox aperientibus, vt obstructiones tollantur. Si verò crassior pituita sit, præsertim si vitrea (quod ex rigore intenso, & principij prolixitate patebit) diutiùs erit in incidentibus, & attenuantibus insistendum; simulq; blandè aperientium. Præmissis igitur leniente, ex melle rosaceo solut. cum infus. mechiocan, (neutrquam siquidem mittendus est sanguis) tutò hoc oximellite vteris.

℞. Rad. fœniculi

Asparagi

Apij hort.

℞. Dauci

Petroselini

Flor. & fruct. cordial.

Cicorei

Cetrach

Adianthi

an. vnc. 1.

an. vnc. 5.

p. 9.

an. p. 1.

Inf. in aqua agrimonix lib. V. per dies tres deinde f. exp. adde.

Mellis Hispan.

Saccari fini

Aceti optimi.

an. lib. 1.

vnc. 10.

℞. Oximel S. A. dosis vnc. 1. ex iusculo.

Materia

- Purgans.** Materia debite preparata, purgans mediocris actiuitatis exhibeto: ex Agarici nempe infuso, cum sem. carthami, quo dissolues diaphanic. addita portiuncula galliæ moscata M. nisi forte vteri causa abstinendum sit à suauolentibus.
- Nota.** Morbo longius percurrente, præscribendæ sunt pillulæ, alternis diebus assumendæ masticiæ, aggregatiuæ, de Agar. Mes. cum succo absinthij.
- Catapota.** Profunt conseruæ anthos, cum cort. Citri saccharo conditis, & contusis, addita aqua florum aurantij.
- Conserua.** Humidiore victu non est vtendum, quapropter montanæ aues, cæteris præponuntur: nec omnino reiiciendum vinum oligophorum, sed tamen odoratum.
- Dieta.** Epiala febris sensum vniuersi corporis inæqualem facit, vt algere simul & vri videatur æger: vehementius tamen calore, frigus. Excitatur à vitrea pituita, humorum quotquot sunt in corpore, frigidissima. Neque hæc putrescit, sed quotiescunque colligitur, huiuscemodi febrem facit, seu languor caloris, seu alimenti crassities, siue vtutrumque ipsam producat, ac foueat. Tenuior tamen alia pituita huic admiscetur, quæ putrescens febrilem calorem, agitatis præcipuè vaporibus parit.
- Epiala febris cognitio.** Pulsus in accessione parui, tardi, vrinæ albidæ, frequens oscitatio. Typus quotidianus; aut raro alius. Quartanarium, aliquando & tertianarium refert circuitum; maioribus interdum interstitijs: huius tamen essentia, ex inæqualitate, prædominio algoris colligitur.
- Causa.** Mittendus nulla ratione sanguis.
- Nota.** Moderatè calefaciendum: incidentia, & validiora attenuantia vsurpanda: vsque ad origanum, stæcados, calaminthum, thymum, confectis ex his oximellitibus, & iusculis.
- Pulsus vrina alia signa.** Clisteribus tutius vtetur, quam ore assumptis, si præsertim infra ventriculum stabuletur materies: hisquè paratis ex hyera diacolocynthid. decoctione Centaurei minoris, melle ros. solutiuo, el. indo. Eadem fermè ratione poterunt propinari, si in ventriculo vitrea pituita detineatur.
- Mos.** Frictiones, & inunctiones ex oleo camomellino, lilijum alborum, radice Iridis; seu melius ex oleo orasminor odoratorum, aut florum aurantij chyrotecopolarum conueniunt, progressio iam morbo, & attenuata materie.
- Scopi.** Lipyria dicitur febris, in qua videntur interna exuri, exterioribus partibus frigescentibus. Oritur autem ex viscerum phlegmonoso affectu, curatur pro læsi visceris dignitate, ac robore,
- Notandum.**
- Remedia.**
- Lipyria febris qua.**
- A quo pendat eius curatio.**

robore; variant quippe symptomata pro affectæ partis differentia.

De Quartana febre, & Typhode. Cap. VIII.

Quartana febris à melâcolia producitur, legitima, si à pura: notha, si à cæterorum mixtione humorû. Cause sunt crapula, exercitium immoderatum à cibo; coitus effrenis; ira cui statim mœror successerit; repentina egestas; carcer; aut quid simile, animi intensus affectus, perturbationes, maximè inopinata. Aliæ quoque ægritudines, tum à Medicis, tum ab ægro, & externis perperam tractatæ, in quartanas migrare solent.

Legitima, die Lunæ exempli gratia quæ incœperit, repetit die Iouis, & sic deinceps duobus diebus abesse gaudet, sequenti redire.

Dantur & geminæ quartanæ; Exempli causa Lunæ die incœpta febris, etiam sequenti accedet, non sic die Mercurij, repetet autem die Iouis. Vel etiam accedet die Lunæ, non sic die Martis, sed Mercurij, & Iouis.

Triplex etiam datur quartana, singulis nimirum diebus repetens, sed prima die vt quatuor, secunda vt tria, tertia vt duo: Quarto iterum vt quatuor, gradus scilicet vehementiæ.

Etiam quadruplex datur, quoniam vno dierum, bis exacerbatur cum accessione. Sex identidem quartanæ obseruantur, bis, diebus singulis accedente rigore, cum accessione, augmento, statu, & declinatione.

Ista visum est clariùs proponere, quoniam & Medicos in dignoscendis his febribus vidi non semel deceptos.

Solent autem hæ quartanarum exasperationes, aut pharmacorum vsu, aut errorum in victu causa produci: blandè quippe curandæ sunt quartanæ, & religiosa victus ratione, quidquid nebulones blatterent, errata liberaliùs ferentes.

Alius laxior est aut conseruanda, aut reddenda: attenuandi leniter, & incidendi humores: viscera reboranda, & moderatè calefacientia amplectenda. Somnus, cibus, tempore non tantum accessionis, sed tota ferè die laboris fugiendi: Coitus valde moderatus: fenum autem nullus. Nisi corpus sit plethoricum, ætas consistens, clemens anni tempus, ommittenda sanguinis missio: aut Medico inspiciendus sanguis, vt è iudicio

Quartana causa.

Typus prolixius expeditur, ad inuiciorum vitam dos errores.

Notandum.

Scopi.

Cautè mittendus sanguis præsertim Medico.

fluat: sedales venæ sine hesitatione sunt aperiendæ, cæteris partibus.

Præsignum.

Quartanæ nothæ, magis sunt iunioribus familiares: legitima his, qui trigessimum annum excedunt; quoniam consistens ætas, eoq; magis declinans, aggregationi melancholici succi opportunior est.

Duratio.

Aestivæ quartanæ citius solvuntur: non ita autumnales: hyemales verò quàm longissimæ sunt.

Affecta partes: signa partium affectarum.

Ventriculus, hepar, lien vitiati, solent quartanas producere. Si ab hepate fiant, dextero hypocondrio tumor observatur, urinae crocæ, tristitia infestat, respiratio difficilis. Hos autem in hidropem invidere per quam facilè, & in plures quartanas migrare hi solent.

Pressius prognosticum.

Quomodo solvantur.

Quartanarum mos est, crassis urinis, atrisque solui; hemorrhoidum fluxu, menstruorum abundantia, hemorrhagia, sudoribus vberimis.

Iterum quoad durationem.

Sexto, vel decimo mense perdurant; aliquando triennio toto: Avicenas duodecimo anno productam quartanam asserit.

Ferè sæpè redit ad salutem.

Febris tamen est ferè innocens, nullum quippe nisi capulares senes interimit, si legitima: si verò notha, quo multiplicior, eò grauior: & pro symptomatum vehementia, periculiosior.

Remedia in quartanis abigendis selecta.

Renalis inunctio. Vina medicata.

Acetum album subduens.

Roborans in signe.

Remedium ex Galeno.

Cordialia præcipua.

Curatio (vt diximus) blandior esto, ne sæuior fiat febris, id experimento ostendente. Et quoniam rebelles admodum in hac sunt humores, difficili profligatur negotio. Hinc tanta remedium farrago, tum vulgi temeritate, tum etiam Auctorum quorundam insipientia proposita, qui absurda, ridicula, inepta prorsus præscribunt tum ore assumenda, tum gestanda, etiam religionis iniuria. Longa praxi, nullum validius, tutiusq; remedium inueni, inunctione renum regioni adnota, duabus horis ante accessionem, ex theriaca, aqua ardenti, oleo scorpionum Matheoli, & succo rutæ. Secunda, vino absinthij, & ex Cardu sancto, laus; In viris, autem vinum cum maci, ambra orient. Cassia lignea, passulis. Acetum quoque fenatum, addita sapa, & cinnamomo. Syr. de cort. citri, cum aqua cinnamomi, & fl. aurâtij summo mane. Laudat summopere Gal. lib. de ther. ad Pison. die præcedente accessionem, vomitum à cæna, deinde sequenti cremorem absinthij, duabus verò horis ante accessionem, theriacam propinat, sibiq; felicissimè huiuscemodi remedium cessisse prædicat.

Cæterum cordialia profunt, Hyacinthina confectio, alchermes,

thermes, conferuę boraginis, anthos, cum margaritis, speciebus diamargar. vtriusque: diambraę Mes. & alijs id genus. Maximę confert Oximel nostrum de obstruens.

Hectica febris quatuorplex, quomodo curanda, & qua ipsi iungantur febres. Cap. IX.

SI in partibus solidis calor accendatur, hecticę febres fiunt: sic dictę, aut quod vniuersum corporis habitum euertant, aut quod habituales sint.

Hectica febres cur sic dicta.

In duplici hæ sunt differentia; incipiens si quidem difficilis est cognitionis, facilis verò curationis; protracta autem, cognitum est facilis, curatuq; difficilis.

In his pulsus durior, debilis, frequens, paruus. Emaciatur æger, & calor alioqui toto corpore æqualis, à cibo augetur, & arteriæ loca impensius calent: oculi caui, nares acutę redduntur, collabuntur tempora, vngues curuantur, faucedo superuenit, alius postremo soluitur, pili decidunt. Urinę ferè semper sanorum similes: sputamina purulenta si affectus demigret in phthisim, propter pulmonum vlcus: de hac autem proprio loco loquemur.

Hecticarum pulsus.

Cetera signa.

Urina.

Simplicium hecticarum curatio, refrigerationem, & restorationem tantum respicit humidi absumpti, quę igitur facile transeunt in substantiam viuētis eligantur alimenta, vt præcipuę huic indicationi satisfiat.

Curatio hecticarum vnde de petenda.

Verum solet hectica febris non raro iungi putridis; maximo ægrotantium periculo, nisi sapienti ac diuturnę practicę Medico se committant, nam inter ancipitis morbi inditia, solet aliquando curantis mens caligare. Nec minus difficile est internoscere, vtrum tuberculum in pulmone, aut inflammationis rudimentum adsit, quę peculiari consideratione tractanda veniunt.

Notandum.

Superuenit etiam interdum hectica febris disenterię, aluiq; alijs fluxibus diuturnis; maximę si æger gracilis plane sit habitus.

Qua hecticis febribus sūt obnoxij.

Sæuissima omnium, quę ab affectis thoracis partibus oritur, maximę si respiratio vitiata: sicut etiam incurabilis est, quę ad maciem peruenit summam.

Hecticarum dignatio.

A missione sanguinis abstinendum, nisi inflammationis ali-

sanguis quę

domittendus in hectis. cuius visceris suspicio sit, febrisque incipiens, & constantibus adhuc viribus.

Al aluum subducendam in hectis. Pharmacia quoque leuioribus res agenda: si strictior sit aluus, hisce prunis subducatur.

℞. Pruna damascena exoffia dulcia n. centum circiter.
Sequenti infus. ex arte parata mergito.

℞. S. Carthami opt. mandat. rec. vnc. 2.

Mechiocan. optimi contusi vnc. 1.

Inf. in dec. pectorali ps. per horas 24. deinde fiat valida expressio, qua excipiantur pruna per dies tres super calido cinere. Prunis iam optime turgentibus, ea extrahe, & super mundum linteum passa reddi permittito. tandem sume saccari fini vnc. 6. mannae ell. vnc. 4. inde pruna; & calore balnei dissoluantur manna, & saccarum. singillatim autem pruna detrahe iam coagularis manna, & saccaro: quorum sex aut quatuor alternis diebus poteris exhibere: iucundum simul, tutumque laborioso morbo remedium.

Leniter educendis humoribus, alia habebis ex nostra Medicinæ anima, ex qua passim, pro morborum exigentia plura hoc opusculo resolemus. Interim habeto.

Gluten substantificè humectans.

Gluten humectans pro hectis.

℞. Margar. præpar.

Hyacinth. præpar.

Cornu Cerui iunioris rasi

Olei nucis mosc. Scr. semis.

Ambrae orient. g. 2.

Saccari fini quantum libet.

Foliorum auri num. 3.

Gelatinæ capponis vnc. 9.

Aquæ rosarum aut Fl. citri, guttas aliquot. Misce S. A.
Dosis vncia circiter.

Nutrit, spiritus recreat, putredini resistit. Flatus discutit, & ventriculum, aliaque viscera corroborat. Plura id genus habebis, capite de phtisi, infra.

De Febre Pestilenti. Cap. X.

OMnium deterrima febrium ea est, quam pestilentem Medici vocant; siue ex mala aëris constitutione, siue ex quacunque causa exitialis sit, & contagiosa. Est autem producta à veneno vt plurimum calido, putrefactiuo, genito in corde, aut foris adueniente, aut corrupta, & æstuante materie in venis magnis prope cor. Sanguinis missio ex vena nisi prima die, aut secunda fiat, lethalis est. Præcipuus exsiccandi, roborandi, ac putredinem debellandi scopus. Curatio pendet potissimum ex Alexipharmacis, quorum præstantissima, & certioris experimenti proponemus.

Pestilens febris.

A quo pendeat.

Cautio in mittendo sanguine.

Intentiones Curatio.

Puluis Bezaarticus, tum præseruando tum curando eximius.

Bezaarticus puluis.

- | | | |
|-----------------------|---|-----------------|
| ℞. Lap. Bezaar or. | } | An. Drac. 2. |
| Terræ sigill. legit. | | |
| Rad. Contraieruæ | } | An. Drac. 1. 5. |
| Anthoræ | | |
| Scorzoneræ Hisp. | } | An. Scr. 2. |
| Vnicornu legit. | | |
| Offium ex Corde Cerui | } | An. Drac. 3. |
| S. Angelicæ m. | | |
| Saccari candi | } | Scr. 1. |
| Margar. præpar. | | |
| Ambra orientalis | | |

Fiat puluis tenuissimus.

Dosis Scr. 1. ad Scr. 2. ex aqua stillatitia totius Citri, vel alia ex cordialibus, hora ante cibum, bis in die si ad curationem, semel si ad præcautionem.

Pro diuitibus is esto: sequens etiam pro inopibus, insignis tamen efficacitæ: quod si calidior Medico videatur, poterit conf. viol. aut ros. attemperari.

- | | | |
|-------------------------|---|-----------------|
| ℞. Sulphuris purissimi | } | An. Drac. 3. |
| Terræ sigillatæ Turcicæ | | |
| S. Rute | } | An. Drac. 1. 5. |
| Cardui Sancti | | |
| Angelicæ | } | An. Drac. 5. |
| Cariophill. | | |

Alexipharmacum pro pauperibus temp. Pestis

Cinna-

Cinnamomi }
 Salis communis } An. Drac. 2.
 Saccari Drac. 6.

F. Pulvis tenuissimus. Dosis Drac. 5. ad Drac. 1.

*Pulvis ad-
 versus Vene-
 nata alia,
 & Pestem.*

*Alius Pulvis aduersus Venena, Venenatorum morsus,
 & Pestem.*

℞. Radix Valerianæ maioris }
 Vincetoxici }
 Angelicæ sylvestris } An. Drac. 3.
 Quinquefolij }
 Laureolæ }

Zedoariæ }
 Ligni Aloes }
 Calsiæ lignæ } An. Scr. 4.
 Terræ lemnæ }
 S. Citri }

Lap. Bezaar orient. Scr. 2.

Carnis Viperarum præparatæ }
 Sanguinis Anatis sylvestris exsic. } An. Drac. 2.

Saccari albillimi vnc. 1.

F. Pulvis. S. A. Dosis Scr. 2. circiter ex aqua Mellissæ,
 Buglossæ, Citri, aut simili.

*Iuleb. ad-
 versus Epi-
 dimiam.*

Arridet etiam Iuleb sic paratum.

℞. Succij Citri vnc. 4.
 Aquæ Cinnamomi stillatitæ vnc. 5.
 Fl. Aurantij vnc. 1. 5.
 Saccari quantum sufficit.

Fiat Iuleb. S. A. pro vsu.

Dosis vnc. 5.

*Aqua Car-
 diaca cōtra
 Pestem, &
 Venena.*

Confert & Aqua nostra Cardiaca, quam pete ex Anima
 Medicinæ.

*Restaurans
 pro tempore
 Pestis, &
 febribus ma-
 li moris, a-
 lijsq; Car-
 diacis affe-
 ctionibus.*

Nec minus probatur sequens

Restaurans, vsurpandum tūm Epidemiæ temporibus, tūm
 in quibuscunq; affectibus Cordis, ac præcipue Palpitatione,
 quod etiam veluti eo loco propositum volumus.

℞. Aquæ Fl. Aurantij }
 Rosarum } An. lib. 2.

Mellissæ

Mellissæ
 Scabiosæ } An. Lib. 1.
 Buglossi }
 Elixir Vitæ m. Quercetani } An. Drac. 2.
 Aceti opt. rosati }

In his autem infunde per dies octo, in balneo Mariæ.

S. Ocyimi ma. Chariophyllati. vnc. 5.

Florum Citri nondum apertorum }
 Rosar. rubr. } An. vnc. 1.
 Nymphææ }
 Calendulæ }

(Flores hi omnes sint in vmbra exsiccati)

Cort. Citri. } An. Drac. 3.
 Sem. Citri. }
 Acetosæ } An. Drac. 2.
 Granor. Chermes }
 Sper. cord. temp. }
 Diamarg. frigidi } An. Drac. 1.
 Calidi }
 Margar. præpar. }

Post octidui macerationem, eodem balneo destillentur, & liquor optimè lutatis organis recipiatur, cuius dosis est. Dr. ʒ. ad drac. ʒ. ex iuscule, aut Vino albo diluto. Mirificè recreat cor, caput roborat, omnesquè tum animales, tum vitales, tum naturales facultates inuat.

De Capitis Affectibus. Cap. XI.

CApit tum ob intemperiem, tum ob solum continuum dolet: ob intemperiem quotiescumque primarum qualitarum ista, vel illa excedit. Excessus autem harum potest esse vel vnius tantum, vel plurium simul; si dolor fuerit pungitius ad vnum locum determinatus, citrina apparente facie, tempore maximè æstiuo, cum siti, æstuatione, & circa meridiem exasperetur, tunc calida excedit intemperies, redundatq; biliosus humor. Refrigerandum est, humectandum; bilis compescenda alterantibus, & purganda: vapores reprimendi; caput demum roborandum: generantis simul partis, & recipientis habitacione. Mittendus sanguis ex Iecoraria, si plethoricum

Doloris Capitis à causa calida, signa.

Indicationes.

Curatio.

fit

Victus ratio.

fit corpus, si verò partis vitio fiat dolor, cephalicam tunde: habita virium, ætatis, & cæterorum ratione. *Victus* sit valdè humidus, & ad frigidum vergat. *Vtere* autem oxyrrhodinis huiusmodi, & linimentis.

Linimentum citissimè sedans dolorem Capitis à Causa calida.

℞. Rad. Rhodiæ }
Sem. Psyllij } An. Drac. vj.
Fol. Mirthi viridium }

Conterantur super lapide Porphirite cum oleo rosaceo omphacino, & capiti admoueat linimentum, fasciis repetendum. Vel huiusmodi oxyrrhodinum admoue.

℞. Succ. Foliorum Nymphææ }
Lactuce } An. Vnc. i.
Solatri hortensis }
Lactis muliebris }
Aceti rosati } An. vnc. ʒ.
Opij Thebaici grana duo.

Misce, & eodem modo per vices vtilior.

Bibat æger serum Caprinum, aut Vaccinum, destillatum cum Santalis albis, & ebore raso.

Doloris capitis à causa frigida signa.

Scopi.

Missio sanguinis.

Victus.

Si dolor fuerit grauius, pertinax in parte determinata, cum tensione, obscurus, absq; ingenti siti, cum procliuitate in somnum, & circa vespas exacerbetur, pallidiorq; sit facies, dolor pendet à Causa frigida, nempe ab exuperante pituita. Tunc moderatè calefaciendum, & quoquo pacto exsiccandum, incidendum, attenuandum, discutiendum. Euacuanda pituita, roborandum Caput. Vena haud est secanda, nisi plurimo scateat sanguine corpus: quo casu tundenda Cephalica, & rebellis admodum existente affectu, secanda est Arteria post aurem, vel cucurbitulæ scarificatæ affigendæ. *Victus ratio* ad calidum, & siccum vergat. Interim hoc vtere linimento.

℞. Ol. Nucis moscatæ }
Amaracini } An. Drac. i. ʒ.
Iasminorum }
Zibetti grana ʒ.

Misce. Inungantur tempora, & suturæ. Caustica quoq; brachij inusta conueniunt, qualia libello Medicinæ Animæ inscripto proposuimus.

Si

Si dolor fuerit valdè sensibilis, non tamen peracutus, & pun-
gitiuus, summoque manè recrudescat, venæ oculorum, ac tem-
porum turgeant, faciesque tota insigni rubore suffusa sit, tunc
dolor à sanguine excitari dicendus est, cuius sola missione,
humidoque victu, & attenuante superatur.

*Dolor capi-
tis à sangui-
ne.*

Si dolor grauis, obscurus, contumax, cum tristitia, tarditate
ad eloquium, & fusco oris colore irruat, tunc credendus est à
melancholia procedere, maximè si nocturnis horis dolor sæuiat.
Purganda tunc atrabilis, euacuato per epicrasim sanguine ex
sedalibus venis. Fonticuli sunt inurendi. Instituendus victus
moderate calefaciens, & exsiccans ex aromatis mitioribus
preparatus.

*A melancō-
lia.*

*Chirurgica
auxilia.*

*Victus ra-
tio.*

Plures si simul peccent humores, natura doloris ex iam di-
ctis erit composita. Curatio itaque mixta erit instituenda præ-
cipuè respiciens prædominantem.

*Dolor mix-
tus, & eius
curatio.*

Dolet autem Caput vel per alterius consensum partis, vel per
essentiam. Per consensum est, cum nulla particulari præuente
causa, & cum alicuius visceris læsione inuadit: præsertim Lienis,
Iecoris, & Ventriculi. Per essentiam è contra. Si totum dolet
Caput, Cephalea, dicitur, Eemicrania si dimidium.

*Dolor per cō-
sensum, &
per essentiã.*

A solutione autem continui factus dolor his tollitur, quæ
vulneris, aut contusionis curationem respiciunt. Plura in Ad-
ditionibus ad Calcem hic, positis.

De Vertigine, & Incubone. Cap. XII.

SI cuius circummagi videbuntur obiecta, aliquando cum te-
nebrofitate visus, titubatione, & casu, Is Vertiginosus est,
& Scotomiæ obnoxius. Pendet affectio ab inordinato Spirituum
animalium motu, caloris interdum excessu, sed à frigore, vt plu-
rimum. Causas habet externas, crapulam, frigidiorum esum, Ve-
nerem nimiam, hyberna itinera, copiosiore aliquando sangui-
nis exitum, cruditates in ventriculo. Si per consensum fiat ver-
tigo, vel iecur, vel ventriculus intemperie, aut prauorum suc-
corum repletionem laborat. Caput si tantum afficitur per essen-
tiam, sanguis ab initio ex vena, si plethoricum corpus, mox ex
hemorrhoidibus per epicrasim, Prædominans humor euacuan-
dus, fonticuli inurendi, & ea quæ à proprietate iuuant gestan-
da. Alcis nempè vngula, Pæonia, Corallum. Victus ra-
tio

*Vertiginis
signa.
Causa inter-
na.*

Externa.

Remedia.

victus.

tio temperata. Vinum Oligophorum, & ex capitalibus, & stomachicis alteratum. Conuenit Præonia, Anthos, Salvia, Lauen-
dula, Betonica, Stæchas, Ocymum, Macis.

Ephialis signa. Si quis visus sibi fuerit inter dormiendum, aliquo grauiore corpore opprimi, vt voce amissa, & respiratione ferè ablata, veluti suffocari credat, cum timore, & anxietate, Is Incubone, siue ephialte morbo vexatur. Fabulosū prorsus, quod vulgo fertur, Syllanos, Faunos, Læmuresq; puerorum interfectores hoc incommodum parere. Alia enim est Incubi Demonis Historia, Vniuersum in hoc morbo corpus afficitur cum mentis ac sensuum laesione; hinc stupor, & phantasmatum deprauatio propter fuligines spirituum puritatem coinquinantes, & eorum muna obstruendo impediens. Grauior affectio, si expergefacto perseveret, à crassiore namque spiritu, vel etiam obstruente dependet.

Causa Incubæ. Sunt aliquando Vertigo, & Incubus Epilepticorum, & Apoplepticorum accidentium præludium: præmonstrant enim casuri in meatus humoris proximitatem, & copiam. Suppressæ euacuationes consuetæ excitentur: Ligaturæ Frictiones, Balnea Phœnigmata quoq; si rebellis affectio. Purgandi peccantes in Capite, ac Thorace humores; alterandi in siccum; depurandus sanguis, defecandi spiritus; compescendi vapores; aperiendi meatus; discutiendi flatu, consulendum cordi, ventriculi demum fouendus calor, Qui si cruditatibus scateat, Vomitus habet locum. Sunt ex vsu Cotonia condita, Conseruæ Boraginis, Betonicæ, Rorismarini, Absinthij Pontici: Diamoscu vtrumque: Alchermes: Coriandrum à cæna; varijsq; explendis scopis, Oximellitidis vsus ieiuno stomacho. Clisteres iniiciantur variè constructi pro causarum, virium, & symptomatum varietate. Sit victus ex omni parte laudabilis.

Scopio.

Remedia.

De Phrenitide. Cap. XIII.

Phrenitidis signa. SI præcesserint insuetæ vigiliæ, turbulenta somnia, aut obliuio proximè actorum, vel dictorum, aut si quis audaciùs loquatur, & absurda effutiat, cum oculorum, totiusq; faciei rubore, inconstanti gradu citrà ebrietatem, imminere huic Phrenitidem suspicari. Si verò iam è lecto exilierit in adstantes contumeliosus, minax, læuus, cum siti, dolore occipitis, vrina al-
bida,

bidā, alniq; excrementis pallidis, tunc Phrenitis est facta, potissimum, si febris adsit.

Est autem Phrenitis delirium, seu desipientia ex capite affecto per membranarum inflammationem cum febre saeuissima.

Duplex hæc est; continua nimirum, quæ absoluta dicitur, & interpolata, quæ Paraphrenitis appellatur. Quò diuturnius delirium, eò grauior affectio. Si mingant inuiti, aut immemores, pessimum. Si albida sint excrementa, remotiora frigeant, diminutè vomant, lethale.

Conuenit initio plenior sanguinis missio ad deliquium vsq; animi ex brachio, manu, sede. Ligamenta, frictiones, balnea, phænigmata extremis artubus. Ptisana, pomorum succo, rosaceo saccaro, Granatorum vino, Violis, Oxalida, Sonco, Papauere, & reliquis huius census, res agenda. Alia habes in Anima Medicinæ. Victus sit maximè refrigerans, & humectans. Aluus laxior seruanda emollientibus enematis. In additionibus alia.

De Somno, & Vigilia Morbosis. Cap. XII.

Vigilia pariter, & Somnus morborum dantur; Illa ab humido deficiente, iste ab exuperante. Coma igitur, Caros, Catoche, Lethargus sunt desiderium dormiendi præter Naturam, aliquando cum delirio, aliquando sine: differunt secundum magis, & minus, & secundum differentiam affectarum capitis partium. Hos affectus præcurrit tarditas ad motum, obliuio, respiratio rarior, & insueta ad somnum propensio; taciturnitas mentis, oscitatio; facies tumida, decolor, splendens; Sudor circa ceruicem, saliuā solito abundantior; vrinæ albæ crassæ; pulsus vndosi, molles, parui, & vt plurimum, alui quoq; solutio. Lethales non rarè affectiones.

Curantur hi omnes affectus eadem ferè ratione. Si plethoricum sit corpus aperiatur vena; si minus cucurbitulæ scarificatione affigantur, grandiore occipiti admota. Hirudines sedi adhibeantur: phænigmata sunt ex vsu. Frictiones, oxorrhodina. Capitalibus vtere calidis, & aromaticis, tum foru, tum inunctione; Ex his sunt Laurus, Stœcas, Hyssopus, Origanum, Betonica: Validiora Castoreum Assa fetida, Sagapenum, Cariophyli, Sinapi, Euphorbium, Cæterum debitis præsijs pur-

gandum, congruisq; temporibus præparatione præmissa per Oximel simplex, & scillinum. Victus sit ex maximè nutri-
bus subcalidis, sed attenuans. Additiones consule.

De Apoplexia. Cap. XV.

*Signa Apo-
plexia.*

Essentia.

Causa.

*Viventis ad
huc diagno-
sis.*

Causa.

Pronosticū.

Remedia.

SI quis inopinatò conciderit, amissa voce, impedita mente, respiratione parua admodum, ac difficili, inuitus lachrymans, sudore frigido perfusus, colore liuescente, cumque suspi-
cione expiratæ iam animæ, Is Apopleticus est. Est enim Apoplexia vniversi motus, atque sensus simul facta priuatio, ani-
mante tantum non mortuo. Fit à prohibito Spiritu animali, & vitali à corde ad cerebrum.

Cognosces autem hominem viuere, quamuis mortuo sit simili, si ori admoto speculo, halitu inficiatur; vel si iuxta nares gossipium posueris, eiusque villi, quasi aura pulsati agitentur: vel calice aqua pleno ventri imposito, aqua enim leuiter fluitabit: ista nisi adsint vitæ adhuc latitantis inditia, tumuletur.

Causæ externæ, vt plurimum sunt indigestiones, Balneum frigida, Venus nimia, Bacchus. Aetas occidua.

Morborum omnium sæuissima est Apoplexia, maximè si legitima, mortisq; dimidium; præcipuè sudore frigido erumpente circa ceruicem. Febris, auxilio est, quare & arte excitanda, causticis illitis arterijs pluribus in locis.

Totus in oppugnandis causis Medicus debet esse. Conueniunt agitatio, cõcussio, frictions validæ, vincula, phænigmata, calentiissimi foci, hyrrhina, inustiones profundæ. Propinentur Scyllinum oximel, syrups de Hyssopo, de Pulegio, de stæcade, de Betonica, ex Iua, ex Citri corticibus, Helenio, Costo, Sinapi: mulsum ex Arte paretur. Purgetur patiens (si fieri possit) ex Carthami semine, Hermodactilis, Agarico, Sale gemma, Colocyathide, Hyera vtraque. Enemata iniicito acriora; item & suppositoria crebrò. Potabili auro multum Spagirica tribuit; item & Elixir maiori à Quercetano descripto. Maximè confert linimentum Apopleticum M.D. ex nostra Medicinæ Anima. Aridet Theriaca decennis, Diascordion Fracostorij sinè opio, Chariophyllorum oleum ex aqua ardenti occipiti admotum, & ore assumptum. Alia plurima habent Practici.

De Paralyfi. Cap. XVI.

Illæsis principibus facultatibus, deprauato motu, & tactu, Resolutio fit, alio nomine Paralyfis, affectis neruis, aut medulla spinali ex obstructione impediēte spirituum munera. Ebrietas, Ira, Venus, humidorum, ac frigidorum incolatus, dormitationes sub Luna, Edulia pituitam facientia hunc morbum pariunt. Senes non curantur; difficulter & Iuniores. Si interna potentia coasciantur deterior affectio: pessima, si & respiratio lædatur. Rarò mittendus sanguis, nisi morbus in plethorico. Præparandi humores Oximellitibus, Syrupis de Præssio, de stœcade, de Hyssopo, melle quoq; rosaceo simplici. Purgandi Hyera Galeni, Colocynthide, ni sufficiat Agaricum. Pillulis quoque Fœtidis, Alephanginis, Indis, Assaieret, Aggregatiuis. Decoctum demum conuenit ex Cyna, Guaiaco, Salsa, Lentisco, Saffaras. Placent Amaracum, Calamintha, Pulegium, Pyrrhetrum, Nux miristica, macis, Zedoaria, Gingiber, Fodus ex Tithymalis, Vrtica, Anetho, Chariophilis, ex vino Maluatico cum oleo veterrimo, in quo macerata fuerit Scilla. Balsamum vtrumque conuenit Aegyptium, seu Arabicum Peruano præstat, si spinalis illiniatur. Suffitus pariter ex Beniuiuo, Styrace, Baccis Iuniperi, Agalloco. Victus sit ex Gallinæ Hepatibus contusis, ouis sorbilibus, fisticis iusculo dissolutis, carnibusque animum motuarum cum cinamomo, Floribus Citrin: bibant Hydromel infusis Saluia, Mellissa, Chyna.

Paralyfis quid. Affecta, partes, Causa. Prognosticū Cura. Vitis.

De Epilepsia. Cap. XVII.

Epilepticas accessiones præcedunt, cerebro primario affecto, obtusæ sensationes, vertigo, plenitudo iugularium venarum. Proximos insultus ostendunt caligantes iam oculi non sine capitis dolore, & ad obeunda mentis membrorumque munita hebetudo, & tarditas. Si verò ex ventriculi vitio afficiatur caput nauseant tum à cibo, tum etiam ieiuni cum tensionibus, rugitu, cibi fastidio, & pituitosis vomitionibus. Iam iam instantem Epilepsiam testantur splendores quidam oculis obuersantes, tinnitus aurium, tristitia, ira, stupor, pal-

Futura Epilepsie digna. Imminētis.

lor,

- Præsentis.** lor, demissa facies, respiratio tarda, pulsus magnus, oscitatio-
nes, tremor, pavor ingens. Præsentem manifestant Casus, con-
vulsio, concussio, dentium stridor, gemitus, distorti oculi, genæ
Præsentis. palpitantes, spumantia labia, eaq; livida. Evanescentem asse-
runt urinae involuntarius exitus, genitura effluens, aliusque
Essentia. soluta.
- Essentia.** Est autem Epilepsia motus uniuersi corporis convulsivus in-
terpollatus, mentis, ac sensuum cum læsione à pravis succis ce-
rebrum infestantibus, affectis partibus motui destinatis, præ-
Causa in- fertim nervis. Non solum autem ab humoribus pravis, sed & à
terna. Vermibus existentibus in ventriculo, ibiq; emortuis, & pu-
rescentibus potest Epilepsia excitari, venenato vapore ascen-
dente in caput: Fit aliquando & uteri vitio.
- Æterna.** Causæ externæ sunt ferè quæ Apoplexiæ; ratione tamen ve-
hementiæ leuiore, & quæ fortiorem corporis habitum ad resi-
stendum supponant.
- Prognosis.** Epilepsia rarò curatur in his, qui vigesimum supra quintum
annum excedunt. Facilius negotium in iunioribus. Quo fre-
quentiores accessiones, eò deterior morbus, & quò longiores.
Pueris potissimum familiaris, & mulieribus ex utero laboranti-
bus. In adolescentibus aëris mutatio in melius, remedia appo-
sita, congrua victus ratio salutis spem faciunt. In adultis, inue-
terato morbo, spes nulla, aut exigua certè. Infantes corripit
aut vitio capitis, aut ventriculi, aut morbo parentum susce-
pto cum semine. Nutricis lac alterandum, inurendum occiput,
perfricandi artus; Rutæ succo linienda lingua: nucæ oleo Nu-
cis Myristicæ, Rutaceo, cum Agalloco; additis Mithridatio, &
falerno inungenda.
- Scopi.** Si ventriculi consensu fiat, curandum, vt à cruditatibus li-
beretur: roborandumq; simul caput, ne recipiat. A biennio
ad quinquennium leuiora propinato lenientia: Mox utere aqua
Cura. ex Viperis stillatitia, Margaritis præparatis, Pæoniæ semine,
acradicæ, Alcis vngula, Unicornu, Citri floribus, & cortici-
bus, seu puluisculum mallis, seu morsulos, aquas, aut confer-
uas. Purganda est appositè nutrix, excitata sæpius tum ipsius,
tum infantis aluo.
- Cautio.** Si ex Vermibus affectio fiat (quod diligenter obseruandum)
utere enecantibus vermes, curaque, vt citò educantur.
- Vitæ.** Adultos ex Hyera, Aloe, & Helleboro purgato. Cantheria in-
re: Venere, & Bacco interdiciantur: Victusq; ratio sit ad trutinã.
cetera ad hoc non vulgaria pete ex Anima Medicinæ.

De Melancholia, & Mania. Cap. XVIII.

Si cuiquam faciem occupet liuor, mœror præter rationem occurrat, cogitabundus si præter morem, meticulosus, horridus, solitarius, Is ex intemperie frigida, & sicca melancholicus est; præfertim, si aliquod præ cæteris phantasma ad cogitandum alliciat valentius, & circa illud deliret sinè furore.

Melancholia
signa.

Cerebrum tunc læditur, vitiatis potentijs, imaginatrice potissimum, ex mala spirituum temperie, & distributione.

Chirurgia.

Ni caput prauis scateat humoribus, facili negotio curatur, appositis hortationibus: si verò contrà, purgandum, & alterandum. Validis adhuc viribus mittendus liberalius sanguis initio morbi prius ex cubito, deinde ex venis sedalibus. Si recens affectio vincitur, ægrè si inueterata, quam time, ne in Maniam, Epilepsiam, aut Apoplexiam degeneret.

Pronosticũ.

Humores præparato Buglossa, Scabiosa, Violis, Aurantij floribus, Scolopendria, Passulis, Fumaria, Rosis. Purgato Sena, Epithimo, Helleboro, Syr. de Polipodio composito, de Fumaria comp. de Pomis Sabor, Pillulis de Aloe lota cum succis; de lapide Lazuli, Hyeris. Corrigantur Ambra, Santalis citrinis, Diamoscu utroque. Diamargaritonis speciebus, Dihyacintho, Alchermes.

Præparatis
Purgantijs.

Cordi Epithemata admoueantur, Capiti Oxyrrhodina. Foveantur Hepar, & Lien ex debita præsidiorum materia.

Si verò prædictis signis iungatur Saltus, furor, pugna; Mania est; cerebri nimirum feruida caliditas sine tumore producens mentis cecitatem ad omnia, seu ferè omnia. Lupina altera est, Canina altera. Senior prior, & cum insidiosa rapacitate, & prauitate coniuncta, de qua seorsim agimus in libello nostro de Lycanthropis. Mitior posterior, & cum risu, trepidatione, blanditijs, & hæc, vt plurimum sinè febris.

Mania signa
Essentia

Diuisio.

Dignosio.

Ab intemperie sicca vtraque fit, calida tamen secundum magis, & minus, eaque habituali apta turbare spiritus, & in alienam ferè naturam transmutare. Peccat autem Flaua bilis superassata, aut melancholia exusta, aut quæ acredinem contraxerit.

Causa.

Vinculis, & flagris compescendi, ne sibi, aut alijs manum inferant. Sanguis initio morbi largius mittendus, mox parcè, quoniam bilis frenum est. Si suppressis mensibus, aut hemorrhoidibus accidat, utroque loco doceatur natura sanguinem euacuare,

Curatio.

Chirurgia
præsidia.

euacuare, hirudinibus sedi applicitis, aperta saphæna. Vescantia coxis, brachijsque affigantur. Bilis feruor refrigeretur: *Pharmacis* purgentur humores Veratro, Mirabolanis, Senna, Hyeris, additis semper, quæ refrigerent, & humectent. Serum largius potum ex usu est, item balnea dulcis aquæ.

De oculorum Morbis. Cap. XIX.

Oculus multipliciter afficitur iuxta varias sui partes. De omnibus affectionibus opusculo de oculi structura, & ægritudinibus agemus, vbi plura extra vulgarium remediorum aleam videre erit. Vide tamen in additionibus, inferius nonnulla, iunioribus magis opportuna.

De Morbis ad aures spectantibus. Cap. XX.

Doloris à causa calida signa, & causa.

Presagium.

Chirurgia.

Obscurus dolor.

Tinnitus, et grauis auditio.

AVrium vitia potiora sunt dolor, tinnitus, grauis auditio, surditas. Pulsatio, sensus pungitius, faciei rubor, sitis, delirium à causa calida dolorem prouenire ostendunt; nempe à bile sanguini mixta, aut biliosis vaporibus. Insolatus, vociferatio, venatus, & similia solent huiusmodi excitare dolorem, præsertim in pueris.

Maximi facienda affectio si cum febre, & delirio iungatur; solet enim vehementi cruciatu ex aposthemate aliquando interimere. Suppuratio salubris est si rumpatur abscessus ad exteriora, vt possit expurgari. Initio sanguinem mitte, si ætas, & vires ferant. Victu vttere frigido compescente bilem, & reprimente vapores. Cassiæ flore, & similibus vttere.

Obscurus si dolor sit, à frigido fit humore, minusque est periculosus, licet diuturnior. Curabis pituitam euacuantibus; caput purgijs, Hyrrhinis, masticatorijs, præmissa sanguinis missione, saltem ex spatulis pet cucurbitulas. Discutientibus fouendo admotis, & his insuper, quæ habes in Anima Medicinæ.

Ex halituosa substantia pertingente ad neruum auditorium, aut ad tympani sedem vitiatur sensus falsa soni imagine obiecta, fitq; tinnitus, quia ingenitus aer agitur; aut grauis auditio si inquinetur. Si perennis est affectio, fit vitio cerebri, aut intem-

intemperie nerui: si interpollata, per alterius partis consensum.

Curatur discutientibus, roborantibus caput, & superfluos humores educantibus, præsertim pituitoso: vtrique brachio inurendum cauterium.

Cura.

Ratione eadem, habito ceterorum respectu, surditatem corrigemus, sed validioribus, quæ si recens, curationem admittit: Prælagium non item si inueterata. Quæ per consensum facta curatu facilior illa, quæ primogenea. Præstantissimum remedium est veri Balsami spiritus per vitrea organa elicitus, & auribus instillatus nisi iam obcalluerit omnino meatus: hoc restituti sunt iam medicorum opinione desperati. In addirionibus, notanda quædam.

Surditas.

De Angina.

Cap. XXI.

Peculiari tractatione edituri olfactus, gustus, & oris vitia; dicamus modo, quod si in faucibus dolor de repente excitabitur pungitius cum febre intensa, oris hiatu, impedita deglutitione, Angina est: Cuius varia genera respectu læsarum partium. Quæ internos Laryngis musculos occupat sæuior est, quæ externos leuior.

Angina duplex.

Affecta partes.

Causa.

Prælagium.

Chirurgia.

Vtraque excitatur à sanguine efferuescente, & bilioso confluxo in guttur, & ibi detento. Morbus acutissimus, & paucis horis hominem perimens, nisi quam citissimè succuratur.

Sanguis, vix præmissis clysmate, mittendus liberaliter, si ferant vires, ex cubito; mox cucurbitulæ affigendæ brachijs, & dorso; linguæ venæ tundendæ, balnea, frictiones, ligaturæ infernis artibus adhibendæ. Initio repellentibus vtitor, gargarismate ex Hordei decocto, lacte, succo granatorû, Posca, Aqua Plantaginis, Rubi, Rosarum Syluestrium, Fragarum, Cucurbite florum. Lenienda aluus Violaceo Syrupo, si deglutitio non ablata; secus enemata diebus singulis iniiciantur. Si ad suppurationem tendat, vttere emplastris, & maximè ex Nido Hirundinis. Funiculum sericum coccineum, & per capita Viperarum transmissum, tollere anginam visa est sæpius experientia docere; Galenus indicauit remedium, vsus commendauit.

Curatio præcans.

Nota.

De Tussi. Cap. XXII.

Tussis essentia.
Causæ interna.
Externa.
Alia interna.
Diuisio.
Præsignium.

EX defluxu materię à capite obstruente spirituum vias fit Tussis: Quę est efflatio vehementissima à natura facta, vt spiritus copiosus cum impetu erumpens ea expellat, quę insident meatibus ei destinatis.

Causæ eius externæ sunt Fumus, puluis, Aër inspiratus in-
temperatus, deglutitio inconcinna: Internæ Catarrhus, Tuber-
culus, Lumbrici, aut eorum corruptorum vapor ascendens ad
spiritalia, & quęcumq; instrumentis respirationis occurrunt.

Differt Tussis siccitate, & humiditate; aut irrigato pulmone
ab humore delabente à capite, aut irritante acri halitu. Peri-
culosa in pueris, & senibus: in his, quia expultrix est debilis,
& calore inualido concoqui humores ægrè possunt: in illis; quia
ex Tussi facile in intestinorum rupturam incidunt. Gravidis
quoque maximè incommoda; quoniam concussis lateribus, faci-
le abortiuntur.

Cura.
Rarò sanguinem mittas, & nisi infarcta sit pectori rebellis
materia, à ceteris quoq; præsijs Chyrurgicis abstineto. Vtere
dulcibus frequenter. Morbus præuulgari nota habet remedia.
In contumaciore exsicca blandiùs Chyna, Salsa, pectoralibus
coadhibitis. Thoracem inungito Amigdalino cum modico Sty-
ratis, & Croci. Melle cocto cum Helenio, & Stœchade pedes
si inunxeris, citò sanabis: Ridendum alioqui remedium, expe-
rientia adprobat.

Vbi perpetuæ ferè Vigiliæ pro molestissima Tussi, ad opiata
ne verearis descendere, inter quę placent pillulę de Cynoglof-
sa dissolutę cum Syrupo Papaneris.

De vitiosa respiratione. Cap. XXIII.

SI quis ægrius respiret, aut cum stertore, & sibilo, aut coga-
tur recta cernice spirare, Dispnoicus, aut Asthmaticus, aut
Orthopnoicus est. Huius morbi curationem pete ex Consilio
nostro pro Senatore Amplissimo ALOYSIO PRIVLO, Ve-
ronæ Præfecto.

De Pleuritide. Cap. XXIV.

SI dolor adsit pungitius cum insigni febre, respiratione laboriosa, & siti; pulsu ferræ simili, duroq; Tussi difficili, Pleuriticus est Patiens. Signa.

Est autem Pleuritis Inflammatio membranę succingentis costas, pendens à sanguine collecto, & feruifecto, vt plurimum cum bile. Pleuritis datur quoque illegitima à materia viscida minus bilis habente, & intercostales potius musculos quam pleuram occupante, in qua remissiora omnia Symptomata; febris præcipuè, quæ vt plurimum etiam abest. Essentia.

Fit pariter aliquando à Flatibus, & hæc solis discutientibus tollitur. Noctu Pleuritis exacerbatur, & diebus alternis. Cause sunt frigidioris aeris inspiratio ab exercitatione, Frigida porus corpore calefacto, Vini, Venerisq; vsus. Diuisio.

Sanguis statim, & confertim mittendus in legitima. Phænigmatis quoq; plures seruati, si nimio impetu humores deferantur in pectus. Cucurbitulæ spatulis raro, aut numquam. Pueris Myruidines brachio affigito, qui tamen etiam citra auxilium Prognosis omnes ferè euadunt. Ceterum res periculo plena. Causa.

Si Medicus de Pleuritidis natura ambigat, fomentis tentet, an a flatu sit, aut à sanguine vitiatò. Si duret affectus, vt ere mænna, Syrupo rosaceo, aut melle, oleo Amigdalino, aut Lini Seminum. Succus Brassicæ potus cum fœnu Græco facillimè rumpit, & expectorat. Pectoralia sunt ex vsu. Victus sit tenuissimus ex Pulte Hordei: Pomis assatis, & Melicrato; Vix contusum pulli iunioris detur transacta septima. Alia in Additionibus, vbi quædam de Peripneumonia, & de Empiema. Typus.
Externa causa.
Cura.
Causa.
Victus.

De sanguinis sputo. Cap. XXV.

ORe excernitur à pluribus partibus proueniens sanguis. Nos omissis modo ceteris reiectionibus de sanguinis sputo cum tussi loquimur. Si sanguis exeat à venis thoracis, ater est, grumosus, & aliquando malè olet, neque dolor abest. Si à Pulmonibus viuidior est, spumofus, tenuis, & sine dolore excernitur. Dignatio per signa.

*Causa ex
terna.* Cause sunt labor ingens insuetus, casus, ictus, aut quodpiam simile; Plethoria, consueta euacuationes suppressa, Acrimonia Pituita defluentis a capite; Tuffis violenta. His omnibus peculiariter occurrendum. Si ab erosione, peior est affectio, non adeo ex resudatione: ex apertione oris venae medio modo se habet. Si adsit inflammatio, malum; Quemadmodum si vlcus, ocyssime quoniam sic affecti Phtysici fiunt.

*Cautio in
curando.* Si ergo defluxu a capite excitetur sanguinis sputum, capiti potissimum consulendum, & catarrhi debellanda acrimonia. Si ex Pulmone exeat, leniter respirandum, silendum, abstinendum

*Prasidia
Chyurgica* a vino, Venere, salitis, & aromaticis; alimentisq; reparantibus substantiam deperditam. Mittendus sanguis per interval-
la. Vincula brachijs, coxis, talis iniicienda. Frictiones placent, item cucurbitulae infernis partibus.

*Pharmacem
tica.* Exhibe Polygonum, Rhu, Malthices, Gallam, Bolos, Conso-
lidam, Corallum, Hemathitem, Electrum, Rosas, Cytinum, Thus, Tragacanthi gummi, Myrthi baccas, Santalum, Acaciam, Hypocistidem. Urgeat si tuffis, nimiaq; exinde sanguinis eie-
ctio, & vigiliae adsint immodicae, ad Narcotica confugito. San-
guis recens haedi, eiusque coagulum ex Oxycrato, vel ex aqua
chalybeata, plantago pariter ex aceto decocta: pulvis ex ossi-
bus capi combusti cum aqua Tragopogoni, Ex qua etiam tuto
exhibebis guttas aliquot olei Vitreoli. Radices maioris Con-
solidae sint mensae, & insculis familiares.

De Phtysi. Cap. XXVI.

Signa. **S**I quis ex lenta febricula cum diuturna tuffi, emaciatione corporis, praesertim pectoris, & scapularum, cum caloris incremento assumpto cibo, vnguium curvatura, oculorum concavitate, virium lapsu, capillorum demum defluvio, aluique fluore; excernatque purulenta per os, ut dictum de Hectica, is Phtysicus est. Est autem Phtysis insignis corporis macies, ex ulcere Pulmonis.

Causa. Cause sunt sanguinis pregressa per os eiectio, Suppuratio tho-
racis debito tempore non expurgata, defluxus a capite acris Rheumatis, venarum erosio, sanguinis feruor. Et ex mensium suppressione Virgines aliquando in tabem incurrunt, quae ut plurimum non liberantur. Et citra vlcus fiunt aliquando tabidi
homines

homines ex materia nimirum crassa corrupta in Pulmone, & versa in pus: & hæc septennio fitur. Ingestio quoque copiosior cibi tabem facit, quoniam copia calorem superat, vetatq; corpus enutriti.

Si aderit pectoris grauitas, nausea, mœror, leuissimum extremorum frigus circa vespervas, raucedo, colli gracilitas, articulorum prominentia, ventris corrugatio, roseus in maxillis color, liuido succedens, tum Tabes est confirmata, & æger proximè moriturus. Præfagium sic promas; minus periculi esse in Laryngis vlcere; magis, si sit in vasis; magis adhuc, si in substantia Pulmonis.

Sanabilis Tabis signa sunt alba sputamina æqualia, leuia, inodora, maximè carbonibus iniecta. Secundo salutem pollicetur copiosa per nares effluxio. Tertio, nisi putrida adsit febris, & quæ noctu augeatur, & cenam impediat (quæ tamen raro abest.) Quarto si careant sit. Quinto si nondum excarnes omnino sint. Sexto si aluus sit obediens, non tamen fluida. Septimo si quadrati sint, & hirsuti pectoris; neque dolor grauatius thoracem premat, benèque se habeant ad cibum, remedia; & animi pathematibus non excrucientur, quod sæpè in hoc morbo solet magno cum detrimento accidere.

Curabile vlcus, nec inueteratum, nec profundum tali ratione sanabis. Sanguinẽmittere prætermittas. Purgabis leuissimè habito præcipuè respectu capitis. Oriza, Amylo, Alica, enutrito contuso ex pullis, Perdice, montanis auibus. Gelatina, & alijs, quæ proposuimus in Medicinæ Anima, erroribus Typographi ad iram legentis scatente. Vtere aqua lactis, lacte præsertim Asinino, Amigdalibus dulcibus, seminibus Mellonum, Cucurbitæ, Cucumeris, Papaueris; & cum saccharo confice ferculum familiare.

Vires instaurato Electuario de Gemmis, conserua violarum, Buglossæ cum Terra sigillata, modico Ambræ; aliquando Vini aurei haustu exiguo, aut frequenti eius olfactu, nisi obstet vaporum copia. Tutior erit stillatitia aqua ex floribus Citri, aut Aurantiorum, si obsonia leuiter aspergantur. Balnea ex tepida conferunt; est habenda tamen ratio anni temporis, & loci.

Crudele inustionum præsidium circa Sutures caue ne vsurpes: si qua fieri possit, & Setones abijcito; Ex his enim, nisi morbi initio vsurpentur, reddito infirmiore capite, deterius se habere consueuerunt.

De Cordis Palpitatione. Cap. XXVII.

Ex signis **S**I Cor frequenter, valide, cū a gri metu, & mœrore altius sa-
Essentia. lierit morbosa est affectio, nisi de repente strepitu excite-
 tur, timore, aut ira.

Causa.

Prognosticū

Cura.

Est autem Palpitatio dilatatio cordis præter naturam: ex-
 citatur verò hoc symptoma à vapore, à copia sanguinis, ab a-
 qua nimis copiosa in Pericardio contenta, à tuberculo. Citò
 nisi occurras, imminet syncope, & mors interdum repentina.
 Curandum missione sanguinis iuxta causam, & vires. Prom-
 ptius à sinistro cubito auxilium. Purgabis humores Rhabarba-
 ro, Agarico, Polipodio, Sena, cordialibus additis. Vtere fre-
 quenter seminibus, necnon corticibus Citri. Pillulæ ex Aloe,
 succo rosarum enutrito placent. Tabellæ quoque ex Diamoscu,
 Diambra, Margaritis, Vnicornu, Diagemmis, Bezaar: tem epi-
 themata apposita cum gossipio moscato, cum cordialibus spe-
 ciebus, & aquis florum Citri, & Aurantij, addito semper vino
 odorato.

De Syncope, & Animi Deliquio. Cap. XXVIII.

Signa

Vires si de repente labi conspexeris, cum sudore frigido, &
 pulsum deficientia præcessa potissimum insigni aliqua
 euacuatione, aut animi pathemate, aut dolore peracuto, aut
 insueta inedia, aut veneni assumptione, aut simili alia causa,
 incidisse in syncopem hominem dicito.

Cautio, &
prognosis.
Scopi
Præsidia va-
ria.

Subita curatione opus: præceps siquidem affectio, proxima-
 que mors. Totus eris in viribus reficiendis: Vini olfactu malua-
 tici, item aquarum iam dictarum, seu similium. Offa calentis
 panis, & ori indatur, & naribus admoueat phalerno imbu-
 ra. Vtere Margaritis, Ambra, Mosco, Ebore, ossibus ex corde
 Cerui, Citri corticibus, floribus, seminibus. Item confectio-
 nibus Alchermes, & de Hyacintho, tum propinatis, tum admotis
 eordi, arterijs, naribus, & his pariter, quæ proposuimus supe-
 rius.

Notandum

Au eneno assumpto difficilior curatio. Tutissimum est reme-
 dium Antidotus nostra Bezaartica, de qua in tractatu de Ve-
 nenis propediem videndo, & in edito iam libello.

De nonnullis ventriculi affectionibus; & primo de Cholera morbo. Cap. XXIX.

Lacerans dolor, & pungitimus cum torminibus, & nausea, deinde vomitu, & intestinorum turbatione Cholera morbi certa sunt signa. *Pathognomonica signa.*

Oritur à bile vtrumque orificium ventriculi vellicante, & erodente: Ex quo contrarij simul motus, ad deiectionem nimirum, & ad vomitum excitantur. Neutrum impediendum opus, cautè tamen vtrumque iuuandum, ne in Ileon demigret affectio. Maximè conueniunt quæ bilis acrimoniam hebetant, & vires reficiunt. *Causa, & pars affecta.*


Læditur præterea ventriculus intemperie, tumore morbofo, obstructione, nausea, vomitu, inflammatione, doloribus, fame, siti, singultu. *Scopi.*

Optimè pensatis causis, iuxta morbi essentiam accommodatis præsidij occurre, habita semper virium ratione. Intemperiem corriges alterantibus in contrarium, simulque corroborantibus; Tumorem, si fiat à flatu discutiendo, si à materia, euacuando; si ab inflammatione, eam compescendo. Obstructionem, remouendo causas, moderatè aperientibus, incidentibus, abstergentibus, & his potissimum, quæ ventriculo placent; puta cirri corticibus, Absinthio, Abrotano, Mellissa, alijsque similibus.

Nauseam, & vomitum vel iuuando, vel compescendo curabis, pro indicatione materiae. Inuato decoctione Atriplicis, Asari, Agarici, Lini seminum, Altheæ. Si validiora optes, vtere Stibio præparato, sed cautè admodum, & in continuacibus morbis tantum, consistentibusque viribus. Cohibeto Margaritis, Corallis, Maci, Coriandro, Rosis rubris, Citroniorum carne, & consimilibus. Alia alibi.

De alijs præcipuis Ventriculi affectibus. Cap. XXX.

FAmem morbosam curabis cibus interdum optimi succi, interuallis breuibus exhibitis, interdum pinguedinosi; carne præcipuè Taxi, Glirium, Apri, pastilibus, si febris absit. Cogitabis tamen vtrum ab humore prauo tunicas, & orificium superius *Bulimus vn de.*



superius ventriculi obsidente affectio fiat, an verò à deficiente chylo, & ventriculo humido; aut fortè etiam à lato verme in intestinis stabulante, de quo Arist. De Hist. Animal. V. c. 19. multum enim ad curationem conducit.

Sitis naturalis finis. Cause sitis morbosa, & signa.

Ad reparandum humidum roseidum quotis diebus euanescentem, sitis, præter alia, fuit à natura instituta. Hæc autem, dū assuetas leges excedit, morbosa iam dicitur; dum scilicet à putrilaginosi humoribus, falsis, aut efferuescentibus cum faucium asperitate assiduum bibendi desiderium est presens.

Alia causa.

Causæ externæ sunt vigiliæ, labor, inedia, ira, insolatus ad ignem accessus. Remotiores Febris, Hydrops, Diabetica passio,

Prognosis.

salita, aromatica, sicca edulia. Siti sic affecti, si potui indulgeant, in prauum demigrant corporis habitum, facilèque in alios morbos.

Remediorū materia.

In curando habenda causarum ratio. Conferunt autem Cucurbita, Lactuca, Sonchus, Scariola, Intubum, Quatuor maiora semina frigida, saccarum ex violis, ex Nymphæa, ex Vua acerba, Santala alba, Ebur non vltum, Miua, aut succus Citoniorum. Somnus sitim sedat superueniens.

Singultus quid.

Singultus affectio nota. Motus ventriculi violentus, quasi conuulsus, dependens ab expultrice irritata à praua materia, vel vapore. Oritur tum à repletionem, tum ab inanitionem: ex hac quidem rarè. Aliquando etiam à flatu distendente, à lumbricis, à Veneno. Singultus aliquando vtilis, aliquando indifferens, aliquando malus. Si vehemens, frequens, cum vomitu,

Causa.

tussi, syncope deterrimus. Sternutatio à singultu bona. In soporosis affectionibus singultus pessimus: Item in inflammationibus viscerum.

Presagium.

tussi, syncope deterrimus. Sternutatio à singultu bona. In soporosis affectionibus singultus pessimus: Item in inflammationibus viscerum.

Curatio.

Iuxta causas sanguinem mittas; vt plurimum autem abstine; nisi propter inflammationem cogaris. Cucurbitulæ non scarificatæ ventri admittæ, & medijs spatulis probantur.

Sedantia singultum sunt sternutatio: item diacodium, succus myrthi, Nymphææ, Lactucæ; item Apij, Baccaris, Dauici, & Ciminum cum aceto; Lac, Ptisana, Amigdalarum oleum recens, vltimum est Theriaca ex Althææ decoctione, & Sylibrij succo, aut Serpilli. Ad hæc facile reducuntur inapetentia, Pica, Malacia, & Chilificatio deprauata, de quibus in additionibus

De affectionibus intestinorum. Cap. XXXI.

SI quis ea, quæ ingesta fuerunt, per aluum citissimè excre-
nat, parua, aut nulla facta assumptorum mutatione, Is ex
coctionis defectu intestinorum leuitate laborat. *Lienteria
signa.*

Fit autem hoc vitium (Lienteria Græcis appellatum) pro-
pter imbecillitatem retentricis ventriculi, contractam propter
intemperiem, aut fortè etiam exulcerationem, vel ab acri hu-
more laceffente expultricem. Diutius si protrahatur affectio,
Atrophi Patientes fiunt, aut Cachexia corripuntur: Hæctica
pariter febris solet reddi, si cum Lienteria iungatur. *Causa.
Præsidia.*

Curabis habita causarum ratione. Si à labefactata retentri-
ce suboriatur, adstringendum, & roborandum Corallo, Rosis
ficcis, Santalis, Maci, Mirabolanis, Rhabarbaro torrefacto,
Tamarindis, Diamargaritone frigido, Speciebus trium santa-
lorum, trociscis de Terra sigillata, de Carabe, addita Gallia
moscata Mesues. Si ab irritata expultrice, his rem peragas,
quæ acrimoniam retundunt: Hordeo, Papauere, Nymphæa,
Violis, Portulaca, Granatorum succo, Margaritis, Bolo Arme-
na. Validiora habebis huic morbo communia inferius, dum di-
senteria remedia dabimus. *Scopi.
Præsidia.*

Huic affectioni finitima Cœliaca Passio ab imbecillo ven-
triculi calore vix liquatum alimentum cum murmure crudis, &
putrilaginosi excrementis egerens. Iisdem ferè præsijs ute-
re, quibus Lienteriam à retentrice labefactata curabis; hoc ta-
men cum discrimine, vt in hac magis intestinorum, in illa ven-
triculi magis rationem habeas. *Cœliaca pas-
sio.*

Si quis diuersos humores, excrementa varia excernat, bilio-
sa, pituitosa, sincera, vel mixta; aut ab aliquo acuto morbo vel
cronico, aut à purgatione male instituta, præsertim si noctu flu-
xus alui sit molestior, is Diarrhæa tentatur. Possunt humores
tum à cerebro, tum à ventriculo, tum ab hepate pendere. A ce-
rebro fluentes spumosi esse solent & pituitæ referentes natu-
ram: ab hepate, chyli nondum immutati: à ventriculo crassio-
res sunt, & fœtere magis consueuere. Aliquando etiam (rarò ta-
men) lienis fit vitio: tunc humores excreti tendunt in fuscum.
Occurrendum remedijs affectas partes respicientibus, & his,
quæ proposita sunt paulo supra, & proponendis inferius res-
pectiue. *Diarrhæa
signa.
Partes gene-
rantes.*

Si vero tormina excretioni iungantur diminutæ cruentæ, &
ethero- *Dysenteria
signa.*

etherogeneæ, cum virium lapsu, febris, vomitu, siti, Is Dysentericus est dicendus cum abrasione, aut tandem inflammatione & ulcere in intestinis.

Dignotio. Si purus ferè excernatur sanguis ex Anastomasi fit. Si tenuis valdè, & decolor ex Diapedisi, & dicitur Diarrhea sanguinea: si cum ramentis adiposis, ex ulcere intestinorum fit.

Tenesmus. Si verò conatus irriti excernendi adsint cum dolore insigni Tenesmus est, quo perdurante, ramenta non tantum excernuntur, sed pus etiam. Aestate præcipuè, & Autumno Dysenteria, Tenesmusque vagantur in victu delinquentibus familiares.

Præfagium Prognosticum à viribus præcipuè eliciendum, quibus exordio morbi consternatis, conclamatus est patiens. Venæ sectio initio inflammationis potest administrari, malumque sistit: pro

Cura. uecto altiùs morbo, læthalis est. Blandissima arrident pharmaca. Aqua lactis Caprilli, cum Syrupo Violaceo pulpa Tamarindorum, aut Syrupo, de Rosis siccis. Neque his Medicis ad hærendum, qui naturæ permittunt largiorem euacuationem, etiam sanguinis, ut exoneretur; Quoniam aliquando cohibere fluxionis impetum volunt, nec tamen possunt, ægrumque sic perdunt.

Notandum. Ab initio quidem materies praua educenda leniter, mox roborandum, gradatim adstringendum his, quæ in Medicinæ Anima proposuimus; vsuque præcipue Margarit. præpar. Corallis rubris, Carabis, Diacornu cum Bolo armena vera.

Scopi. Si fluxionis impetus, ac præsertim sanguinis perduret, audendum est in opiatorum vsurpatione, nec non chalibeatorum, habito semper respectu indicantium, & prohibentium; sed prius debellandæ sunt obstructions initio morbi. Clismata quotidie ferè iniicienda ex hordei decoctione, sero lactis, ouorum albumine, saccharoque modico; additis aliquando oleo rosaceo, violaceo, amigdalino, pinguedine etiam hyrcina; succo interdum Citoniorum, & hordei ptisana. Extrinsecus Veruecis Epiploum admoue, cum Polygomi succo, & vtriusque Consolidæ. Neque abhorreas à suppositorijs hyrcini adipis cum feminibus Hioscyami puluerizatis, cum mespili ossibus, lachrymaque sanguinis Draconis. Quamplurima possem apponere, sed hæc potiora occurrunt. Illud vnum addere placet, fonsores, mulierculas, scurras quoscumque in tam immani morbo tractando audacissimos esse, & ferè semper cum Aegrorum interitu.

Notandum Victus ratio sit religiosa. Ptisana ex hordeo torrefacto, & decocto

decocto cum nucleis mali punici, corallis preparatis, seminibus papaueris albi, plantaginis. Carnes sint pullorum aſſæ & astringentibus, corroborantibusque oppletæ: puta Margaritis preparatis, ſantalibus albis, floribus Nymphæ, Myrtillorum ſummitatibus, granatorum ſucco, atque Citoniorum. Sed hæc omnia ſeligenda ſunt iucunda, & aliorum medicamentorum odore non inquinata: quoniam ægris inappetentia aliquando auge-
Cautia obſeruanda.

Si cuiſiam alius fluat, ab initio materia chyloſa exiſtente, deinde ſimili loturæ carniū, mox etherogenea, & aliquando cum ſanguine concreto, Is Hepatico laborat fluxu tum imbecillitate attractricis, tum alteratricis facultatis. Solet ad eſſe febris ſine ſiti tamen. Fæces non multum foetent. Noctu moleſtior morbus, facies decolor, vires languidæ, vox exigua; fa-
Hepatici fluxus ſigna.

A Dyſenteria, Diarrhæa, Hæmorrhagia ſolet excitari. Hydro-
Occaſio.
Præſagium.
Dignatio.

dropem prænuntiat, & rarò curatur. Varijs de cauſis ſuboritur, & potiſſimum in ſigni Iecoris, aut calefactione, aut refrigeratione calefactionis ſigna ſunt ſi ſanguis copioſior fluat magis rubens cum dolore, & ſedis abraſione, refrigerationis è contra.
Scopi.

In utroque caſu roborandum, & adſtringentia conueniunt, debellatis tam in prius obſtructionibus, prout in alijs fluxus al-
Remedium inſigne ad fluxum Hepaticum.

- Rhabarb. optimi maturi leuiter torref. Vnc. ʒ.
- Specierum trium ſantalorum } An. Dr. ʒ.
- Aromatici roſ. }
- Succi cicorei } An. Vnc. ʒ.
- Centinodiz }
- Comarum Abſinthij. Drac. ʒ.
- Theriace optimæ ſine ſuccedaneis
- Quinque annorum, vel ſex. Drac. ʒ.
- Boli Armenæ orient. legitimæ, carnei } An. Dr. ʒ.
- coloris, valde friabilis }
- Margar. præpar. }
- Seminum Coriandrorum. Drac. ʒ.
- Macis Serup. ʒ.
- Rofarum albarum ſilues: exſecar. p. ʒ.
- Aquæ flor. Myrthi aut ſummitarum eiufdem }
- Mellis Hyſp. depurati, & diu ad ſolem expoſiti } An. q. ʒ.
- Saccari roſ. veteris. }

Fiat Electuarium S. A.

Dosis Drac. 2. Singulo mane, ad Drac. 3.

visus.
Vinum quales.
Hoc vno ferè remedio, expurgato prius debite corpore, etiam senes restitui quasi conclamatos. Familiares Mensæ sine auiculæ citoniorum succo respersæ; coriandrum saccharo conditum; poma acerba, & pyra, asata; vinum mediocre, stipticum, non acerbum, aut mordax.

De alijs Iecoris affectibus. Cap. XXXII.

Obstruēti Hepatis, ex flatu signa.
Hepatis affectus varij, & magni faciendi ob visceris dignitatem, & sanandi difficultatem. Si quis infra costas in dextero latere dolorem persenserit grauatum, tensionum sine febre, cum tumore mox apparente, mox euanescente; citra sitim, fæcibus non admodum liquidis, aut siccis, Is tensione hepatis laborat ex flatibus.

Obstruētionis ab humorib. calidis signa.
Inflammationis signa.
Si durities adsit cum dolore, tumore, calore, siti, rubore faciei, fæcum siccitate, aut ijsdem flauis, liquidis, fætidis, Is iecoris laborat oppilatione ex humoribus calidis. Si dolor acrior reddatur cum pulsatione, febris insigni, intensa valde siti, inani tussi, lingua arida, pulsu frequenti, duro, celeri, Iecur est inflammatum.

Scyrri signa.
Si durities est magna, æqualis, diuturna, sine dolore, Scyrrius hepar occupat. Oppilatio à flatu febre superueniente soluitur; remedijs autem discutientibus pellitur; puta fomentis extrinsecus admotis, clysterijs carminatiuis, vsu Sem. Anisorum, fœniculi, & similibus. Si à calidis humoribus excitetur, expurgandum corpus bile, secunda vena pro ætate, & viribus: Et perseuerante affectione, cogitandum de thermalibus aquis, aut B. Virginis, aut Villensibus, aut Calderianis.

Præsigium.
Remedia.
Vinum sit oligophorum protractu morbi, initio nullum: abstinendum ab aromaticis salitisque. In inflammatione fæuius periculum: cito validioribus occurrendum præsijs missioneque sanguinis, præmisso Cassiæ flore, Syru. Rosaceo, aut violaceo, sero larga copia, depurato potius, quam destillato.

Peculiare præsiū magnificandum.
Cicorei succus singulo mane exhibeatur ad vnciam, cum sero ad vncias tres. (Si febris absit) tertia quoque addita aquarum thermalium iam dictarum, in quibus sit extinctum aurum. Extrinsecus decoctio solatri, Portulacæ, aqua cucurbitæ morbi exordio;

exordio; mox relaxantia conueniunt, nisi cesserit repellenti-
bus: admisceto tamen roborantia.

In Scyrrho emollientia conueniunt, & materiam eradican-
tia tum ore assumpta, tum extrinsecus admota: Seriem habes
in alijs Opellæ capitibus.

Si cuiquam aureus in cute vniuersa color apparuerit, luteis
quoque oculorum tunicis, cum dolore, aut tensione in dextero
hyppocondrio, fœcibus, vt plurimum, albicantibus, vrinis ruf-
fis, & cicerum decoctioni similibus aut cum febre, aut sine, Is
Ictero morbo, seu Regio laborat, vitio aut hepatis aut cistis
fellei obstructi, aut bilis ad summam cutem per corporis cæcos
meatus transfusionem. Si autem color sit luridus, plumbo,
aut Nucis cortici similis, dicitur Arquatus, aut Icterus niger,
& fit lienis vitio, & in melancolicis tantum, aut propter vene-
num assumptum, aut venenatorum morsum.

Ab hepate pendens, curatur phlebotomia manus, aut cubi-
ti, leniente epoto, & alterantibus ex Cicorio, Sonco, Gramine,
Boragine: Mox ex Rhabarbari diluto frequentius exhibito, &
per vices interposito Eupatorij succo, Mithridatio, Centau-
rioque minore in Bolis, quibus feliciter curari hunc affectum
contingit.

A liene proueniens diuturnius durat, validioribusq. pellitur,
nempe extracto nigri Hellebori, Electuario Indo maiori, Pillu-
lis de Hermodactilis, ac demum Chalibe præparato; Misso sæ-
pius ex sedalibus venis sanguine: quod, nisi accurate per tractetur,
in Scyrrhum affectio degenerat, & æger ad interitum du-
citur.

Si cuiquam venter intumescat ita, vt gerentem vtero mulie-
rem representet; facies liuens, oculi graues, sitis intensissima;
crura aut penitus gracilia, aut è contra prætumida; dumq; la-
tus mutat decumbens, aquæ fluctuantis præsentia adsit, Is
Ascite laborat, prima Hydropis specie: Aqua si quidem inter
omentum, & peritonæum continetur. Si abdomen excrescat,
nulla humoris fluctuatione, crassa existente materia, & cavitatis
digito premente appareat; Leucophlegmatia est, siue Anasar-
ca. Si autem venter extuberet flatuum contumacium, & con-
cluserum copia, & veluti cæcum quendam tympani sonum per-
cussus edat, Tympanite Hydrope æger detinetur.

Oriuntur hæ affectiones à magna Iecoris refrigeratione, aut
per consensum aliorum viscerum; scilicet ventriculi, lienis, in-
testinorum, vteri, aut immoderata sanguinis euacuatione præ-
cessa,

In Scyrrho
Hepatis.
Scopi.

Antei.
Icteri signa
Causa.
Partes affe-
cta.

Nigri signa
Ex qua par-
te.
In quibus.

Cura aurei

Cura nigri.
Prognosis.

Signa hydro-
pis.
Ascitis.

Locus effe-
ctus.

Signa Anas-
arca.

Tympanitis
signa.

Causa.

cessa, aut ex morbo aliquo acuto perperam tractato, aut etiam ex Dysenteria, fluxuque Hepatico.

Causio.

Sanguis nulla euacuandis ratione, nisi exsuppressione mensum fiat. Corpus ab excrementis pro patientis viribus, & aetate, validè purgandum. Hidragoga conueniunt: & quoniam plurima à Practicis, & ferè innumera proponuntur, ea tantum afferre placet, quæ summa cum vtilitate sunt à nobis vsurpata, præter ea, quæ in Anima Medicinæ retulimus.

Puluis ad Hydropem citò, tuto, incundè, curandum.

℞. S. Carthami præparatorum rec.

Mechiocam

Hermodactylorum

S. Ebuli.

Turbith.

Elaterij in vmbra optime exsiccati

Foliorum Laureolæ

Salis gemmæ

Specierum Diambæ Mes. Drac. ʒ.

Saccari fini Drac. ʒ. & ʒ.

An. Dr. 2.

An. Dr. 1.

Fiat puluis, cuius Dosis sit Scr. ʒ. ad ʒ. ʒ. pro vice ex albi vini vncia. Iisdem pulueribus Electuarium confice sic.

℞. Pulueris prædicti Vnc. ʒ.

Succi Iridis rubræ de purati Vnc. ʒ. & ʒ.

Oximellis scyllitici Vnc. ʒ.

Elaterij optimi

Euphorbij

Succi radicis Ebulorum Vnc. ʒ.

Specierum trium santalorum Drac. ʒ.

Mellis q. ʒ.

An. Dr. 1.

Fiat Electuarium. Dosis Drac. ʒ. ad Dr. ʒ.

Est etiam ad curandam Hydropem præstantissimum Sal Chymicum ex vrina pueri ad grana quindecim, diebus alternis; alternis vero capiat puluerem, aut Electuarium superius positum.

*Præparat ad
Hydropem
remedium.*

Extrinsecus, venter foueatur spongia imbuta vino generoso, in quo dissolutum fuerit vitreolum, calcythis, Calx viua, extinctique bis, ternè igniti lateres. Sectio abdominis, aut umbilici numquam sine periculo, sæpissimè cum vitæ iactura.

De

De Lienis Virg. Cap. XXXIII.

Si cuiuspiam sinistra pars sub costarum ordine, e regione Ie- *Lienosi s̄-*
coris intumescat, durior reddatur cum difficultate respi- *gna.*
randi, siti, liuido faciei colore, dolore interdum vsque ad col-
lum, sudore nocturno, phthiriasi, cruribus vlceratis, vel hæc om-
nia adsint, vel multa, vel priora saltem, Is Lienosus est. Dolor *Scyrri Li-*
si absit cum insigni duritie, mole, & pondere, tumor est Scyr- *nis signa.*
rhofus.

Pendent hi affectus, & symptomata à causis peculiaribus. *Cause inter-*
Internæ sunt: copia materiæ detentæ in liene, præsertim melan- *na.*
colicæ; Humor in abdomine corruptio; aliquando etiam à
phlegmone lien intumescit, sed cum dolore valde sensibili, im-
pensa siti, febrili insigni: neque paulatim succrescit affectus, sed
breui temporis tractu. Solet & obstructio esse vulgaris lienis
præduri causa; quoniam humores crassi coaceruantur in ipso,
ita vt non possint à natura debitè repurgari. Suppressæ euacua-
tiones, aut mensium, aut hemorrhoidum huiuscemodi solent
affectus parere.

Externæ causæ sunt edulium mali succi ingestio frequens, & *Externa.*
insignis, præsertim fructuum acerborum, olerum, leguminum,
potus aquæ palustris, somnus immoderatus, cogitationes diu- *Qui magis*
turnæ mæror præcipuè. Qui lacustria, aut caliginosa incolunt *obnoxij Lien-*
frequentius lienis vitijs tentantur; secus monticolæ. *nis vitijs.*

Solent Lienosi difficulter curari, aut longo curationis tra-
ctu restitui, qui potissimum ætate declinant; facilius mulieres,
& pueri. Aliquando Splenici in Hidropem degenerant maxi-
mè si arquato laborent, & iecore compatiante. Fluxus alui af-
fectum minuit, & breuiorem reddit.

Expurgandum corpus, blande initio, deinde validius his, *Scopi.*
quæ melancolicum præsertim humorem, & pituitosum respi- *Remedia.*
ciunt. Præ cæteris placet extractum Aloes, succi rad. iridis
Pillulæ agregatiuæ, deinde vsus Ammoniæ præparati ad Sc. 5.
diebus singulis: assumpto interim vino ex Tamaricis folijs, &
corticibus, nec non cetrach, & Eupatorio. Plurima ex practi-
cis præter hæc vsurpari possunt; at ista præstare mihi, visa sunt
cæteris.

Sanguis mittatur ex basilica sinistri cubiti, ex hemorrhoidi- *Chirurgia.*
bus, ex talo etiam in sceminis, si mensium vitio tumor acci- *Nota.*
dat. Quidam post aurem venam tundunt, & effluente sanguis
ne,

CANE.

ne, lienem inficiunt, deridendo penitus, imò lethali quandoq; euentu, quod ipse in pluribus vsurpantibus obseruauit. Nec desunt, qui immani periculo papyrum Lieni imponunt, magnaue securi malleo percussa, folium diuidunt, disrupto eo ictu liene, quo possit abdomen profundo quoque hiatu aperiri. Absit Scythica dignum barbarie, à nostris remedium.

Topica.

Localia plura proponuntur ab Auctoribus; Ammoniacum præparatum, cum succo laureolæ, ceteris antecellit. Ista de affectibus à frigidis humoribus excitatis; nempe de obstructione Scyrrho, & lienis magnitudine citra dolorem effatu dignum; phlegmon etenim peculiari ratione tractandus, vt dictum est de Inflammatione Iecoris respectiuè.

De doloribus Nephriticis, & Colicis. Cap. XXXIV.

*Anceps Me
dici iudiciū
in dignoscē-
da Colica, à
Nephritide*

Visum est de utroque affectu coniunctim agere; quoniam sæpè contingit Medicos in cognitione aberrare, vt alterum pro altero, (maximè affectionis exordio) sumant; nam signa videntur quoquo pacto similia.

*Colici frigi-
di signa.*

Cautio.

Si quis igitur dolore grauissimo corripietur, fixo, grauatiuo, à renibus ad inguem, aliquando dextrum, interdum sinistrum vsque ad hæpar, & ventriculum, cum vrina aliquando alba, aliquando ruffa, interceptis crepitu, ructu, stercore; aut si stercus redditur porosum, & quod aquis iniectum, suberis instar, supernatet, Is colico dolore laborat à pituita viscida, & valde frigida. Neque obstat vrinas esse non rarò ruffas; quoniam biliosus humor, qui alioqui ad intestinum deferebatur, occlusis vijs, ad renes deflectit.

*Quos occu-
pet frigida
colica.*

Solent huiusmodi frigida colica corripì, qui gulæ indulgent, piscibus, ostreaceis, testaceis, caseo, fructibus æstiuis, niue, aut glacie vtuntur. Qui aut ingluuie, aut dentium inopia vix cibum tundunt. Qui extra cenam, & prandium comedunt. His siquidem omnibus promptus est humorum viscidorum apparatus, eoque maximè, si debilis sit ventriculi calor, & facili possit negotio vitrea pituita in intestinis coaceruari, ac præsertim iuxta cæcum.

Notandum.

Si dolor vigeat prope renes, ac maximè sinistram, tunc falli quandoque Medicos contingit similitudine symptomatum, & affectæ partis conditione ita, vt nephritim arbitrentur. Tol-
lunt

hnt autem difficultatem vrinæ; quoniam in nephriti vrinæ tenuiores sunt, albæ, sabulosa, & aliquando spissæ, & cicerum decoctioni per similes, cum vomitu, & lotij interdum suppressione, aut saltem impedimento: nec sepius in Nephritide viæ vreterum afficiuntur, dolorque facilius localibus cedit.

Solet & à flatibus dolor colicus excitari: huius autem peculiare signum est eum vagum esse, atque facile remedijs obtemperantem; sæuior tamen in vmbillici regione persentiscitur, eo quia labyrinthus tenuis intestini anfractus, sensu exquisito præditus acerrimis torminibus affligitur.

Quod si à causa calida, à bilioso nempe humore Colica pendeat, contraria penè signa adsunt. Febris protinus, sitis, agitatio, vigiliæ, sæuissima lancinatio, morsus intestinorum, aliquando delirium: Biliosa vomuntur, & excernuntur, frigent extrema, & ni succurratur, mors obtingit.

Et ab vtero fieri interdum Colici dolores solent, præsertim à partu, aut imminente, nec commodè cedente purgatione lunari; ligamenta præcipuè afficiuntur, distenta materie copia, dolorque ad inguen producitur, & femur, vt Ischiadis quoque repræsentet naturam. Hos dolores Hystericolicos vocabis, hac differentia distiñtentes, vt si à suppressis mensibus suboriantur, dolor ad renes potius, vasaque spermatica pertineat, quam ad intestinorum seriem, eo quod viæ distendantur seminis, & sanguinis copia; quod præsertim in maturis virginibus accidit, & in nuptis, quas senibus fors iugauit. Hinc, appetentibus mensuris, dolor sæuior apparet; quoniam exuperanti semini sanguis quoque copulatur, vt redundantiore distentioni suggeratur materies.

Quod si renum vitio dolor fiat, diuturnus magis, fixus magis, & vesica pondus insuetum persentit; vrinæ aquosæ, confusæ interdum, & non raro suppressæ. Quod si inflammatorius fiat affectus in iuueniculis quibusdam appetentibus virum, tunc rubentes oculi, lachrymabundi, etiam inuiti, genæ liuentes, os patulum, sitis ingens, membrorum concussio, & agitatio; Suspiria, delirium circa amatoria, aut coactum honestate silentium. Hæ nubant, aut si nubendi spes adempta, his vtantur que infra dabimus.

Seorsim modo horum affectuum conditiones pensitemus, vt indicationibus proprijs occurrere, peculiare præsignum promere, apposita possimus remedia proponere.

Quoties igitur indicabunt signa, solutionem continui in intestino

Colici doloris à flatibus signa.

Colica à calidis humoribus signa.

Præsignum.

Pseudo colici dolores ab vtero.

Nephritis.

Nephritidis signa.

*Præcipuus
scopus.*

*Præsidia se-
lectiora.*

*Cautio in
guis momen-
ti.*

*In hoc, & in
omnib. affe-
ctib. genera-
lis regula.*

testino colo esse factam per distentionem à pituitoso humore
intra membranas aceruato, cum nausea, vomitione, rugitu,
alijsq; initio præfatis signis, Colica dicenda erit passio à frigi-
da causa. Respicienda tunc protinus doloris vehementia ita
quidem, si nimium urgeat, cum sedantia sint usurpanda, ut
proxima arceatur mors. Deinde euacuandi erunt humores,
maximè per secessum Clysterijs tum carminatiuis (ut aiunt)
tum lenientibus, tum educentibus pituitam, præsertim vi-
tream. Primi erunt ex Sem. Anisorum, Fœniculi, Cumini,
Carui, Ammeos, Dauci: Summitatibus Amaraci, Absinthij,
Mellissæ, Parthenij, decoctis in iure cicerum rubeorum, aut
galli veteris, addito sale, & modico maluatice Vini. Secundi,
erunt ex Anethino, Camomellino, Rutaceo, Amaracino. Alijs-
que id genus oleis. Postremi ex Hyeris, præsertim Pycra: spe-
ciebus Diaturbith, Hermodactilata cum decoctione Centau-
rei minoris, & iure anatis syluestris. Ab oleis de Castoreo, de
Euphorbio, de Piperibus, alijsq; id genus calidioribus absti-
nere placet; quoniam (Nota) affectio Colica non rarò ab ini-
tio est frigida, & tamen, culpa remediorum, desinit in phlogo-
sim intestini: itaque caute res peragenda; quemadmodum
summa etiam circumspectione remedia ore sunt usurpanda;
quia interdum solet hæc affectio in Ileum migrare: quocirca
tutius est per inferiora immittere. (De Ileo quædam in Addi-
tionibus.)

A Narcoticis quemadmodum cum Græcis omnino abhorrere
non arridet, ita & Arabibus vix lubens adhæreo, cum sæpen-
mero soleant ex his somnifera suboriri symptomata, quibus
mors succedit. Prudens itaque Medicus capitis conditiones
consideret, sique prædebile illud sit, & delirijs alioqui obno-
xium, à somnificis abstineat.

Plurima posset hoc loco calamus aggerere ad hos dolores
præsidia; sed quoniam ad nauseam Practicis abundant, sele-
ctiora quædam inuat sobrie proponere præter ea, quæ in Medi-
cæ Artis Anima attulimus, quæque mihi Praxim à vigesimo
supra primum annum exercenti, laudata sæpius experientia,
probata sunt.

Pro Colica frigida Electuarium:

℞. Zedoariæ pulu. }
Floris sulphuris. } An. Dr. 3.
Seminis Petroselinæ Macedonici

Ocyimi

Ocymi Chariophyllati Drac. i. ʒ.
 Trocisc. Gallia moscata Mes. }
 Styracis lachrymæ } An. Dr. i.
 Balsami rubri Peruuiani }
 Absinthij Pontici Conferuz. Vnc. i.
 Mellis optimi quantum. S. cum vino maluatico;
 Secundum A. F. Elec.
 Dosis Drac. i. Bis in die, ex hora ante cibum.

Puluis ad idem.

*Puluis ad
Colicos dolo-
res.*

ʒ. Testiculi Equini rosti Drac. 2.
 Rad. Anthoræ }
 Drakenæ } An. Dr. i. ʒ.
 Saccari F. Drac. ʒ.
 Fiat puluis. Dosis Scr. 2. ad Scr. 4. ex vino generoso, si absit
 febris: ea præsentente detur ex iusculo.

Inunctio citissimè dolorem sedans?

*Inunctio se-
dans dolores
colicos. em-
gentes.*

ʒ. Olei vitellorum ouorum.
 Vnguenti Populeonis partes æquales.
 Hæc omnia ad Colicam frigidam frequentiore accessu ægris
 infestam, ac notam Medicis.

Modo de Colica à causa calida quædam in medium profe-
 ramus. Solet hæc à bilioso humore, eoque impensè mordaci,
 iisdem intestinis concluso suboriri. Signa sunt (vt dictum) bi-
 liosi vomitus, seu vitellinæ, seu æruginosæ, seu isatodis, aut por-
 raceæ: motus aliquando conuulsui, Lypothimia frequens, fri-
 gidi artuum sudores, febris effatu digna cum vrinis albidis,
 aut ruffis, prout materia aut effluit, aut retinetur; pulsu du-
 riore, exili tamen, lapsuque virium repentino.

*Iterum de
Colica cali-
da.*

In hac humores attemperandi blandius per clisteres, aut
 per leue pharmacum educendi pro Practicorum documento, à
 quibus mutuanda præsidiorum haud recondita series. Contu-
 macior Colica frigida, calida sæuior, & quæ operosum Medicis
 negotium offerat, raro cum salutis euentu.

*Scopi in Ca-
lida Colica.*

*Pronosus
Cura.*

In vtraque parcissimè mittendus sanguis: in prima ratione
 humoris peccantis; in secunda, respectu virtutis, quam conster-
 ni facilè accidit. Cucurbitula magna vmbillico ad fixa, reple-
 ta appposito medicamine, mirum in modum iuuat; puta in fla-
 tuosa Colica, inuncta intus oleo Anisorum, in frigida, oleo Ca-
 riophyllorum, Myrrhæ, Castorei; In calida, oleo Violarum, Ro-
 sarum,

farum, Solatri. In Hysteriis pro Matricis ascensu, aut descensu, olidis, aut suaueolentibus.

Quibus quidem Hystericolis sedandis (vt ad illos redeamus) mirum in modum confert.

Hystericolis puluis.

Puluis, qui recipit Anthora } An. Dr. 1.

Carabis

Sem. ocimi

Dauci

} An. Dr. 5.

Ex aqua Parthenij Fl. aut Arthemisiae: quemadmodum, & Bolus ex Triphera magna ad scrupulos duos, cum guttis tribus olei Carabis, aut Corallorum Magisterio.

In vobis

Nephritis pra omnib. dolorib. sua.

Prasagium.

Lapis renu.

Calculoru differentia.

Causa.

Signa varia pro calculi loco.

Sed & de Nephriti nobis dicendum est aliquid. Est autem affectio, quemadmodum curatu operosa, & diuturnioris contumaciae, ita laborantibus ex ea infensissima, vt vitam non tantum arduosam faciat, sed & non raro, obstructis penitus aut calculo, aut sabulo, aut crassis humoribus vijs vrinae, mortem inferat.

Dupliciter lapillus renum (in hoc etenim Nephritis consistit) consideratur. Primo, prout vias obstruit, aut propter angulos exulcerat, & ita ad vitiatam actionem pertinet. Secundo prout renibus continetur citra dolorem, aut excernitur non impedito lotio; & sic spectat ad ea, quae ex toto praeter naturam sunt. Pluribus in locis calculum generari contingit, renibus nimirum, & vesica. Quemadmodum autem loco differunt, ita & figura, & magnitudine: Alij enim teretes sunt, leuigati, fragiles, & horum solet esse minor iniuria, tutiorque salus; quia nec partem lacerant, & atteri facilius possunt. Alij angulosi sunt, & praeduri; horum autem sauiora symptomata, & incertior salutis exitus. Fiunt ab humoribus varijs, initio frigore densatis, mox calore concoctis, & laterem instar in praedurum corpus coactis.

Si cuipiam igitur dolor de repente in rene, aut renibus suboriatur, cum vrinae suppressione, grauitate lumborum, vsque ad testes secundum rectitudinem descendens, mictione frequenti cum arenulis, aut lapillis; aut suppressa vrina cum dolore insigni in meatu, & pruritu in penis glande; aut omnibus, aut quibusdam praedictorum signorum simul, Is lapide renum, aut in vretere contento, aut in vesica laborat. Renum quidem ex prioribus signis, vretere ex sequentibus, & vrinae suppressione, si lapillus maiusculus sit, aut meatus ex vesica occludatur. Addo; si vomitus adsit; ita tamen, vt assumpto cibo dolor

ingra-

ingrauescat; quoniam renes successinè à tubercantè ventriculo, addiectisque partibus obruuntur, & comprimuntur. Aliquando sanguis emingitur, si lapides mucronati sint, aut angulosi; quoniam vasa distenduntur non tantum, sed & lacerantur, nec raro eiusdem partis crus dolet; etenim per nervos dolor subiectæ parti communicatur.

Grauius est dolor, si in rene lapis existat; pungitius, si in vreteribus, imò aliquando nullus dolor, etiam si in rene lapis sit effatu dignus, nisi pertingat membranas, nervos, aut vasa. Non tamen arenularum mictio præsentiam semper testatur lapidis, aut eius generationem necessario concludit: quinimo plures à calculo sunt immunes, qui quotis diebus arenas mingunt; quoniam materies, apta nata calculum generare, extruditur exonerante seipsam natura, semper sibi præcauendo, nisi impediatur meatus. Pro magnitudine lapidis, & asperitate, pro partis cui insidet sensu, periculum aut minuitur, aut augetur. Si in vretere peius, quam si in renibus, aut vesica, peius si angulosus, mucronatus, asper. Pro doloris vehementia pronuntiandum, & pro viribus ægri. Senes ferè omnes occumbunt, quidquid Medici moliantur.

Indicationes adeo sunt manifestæ, vt afferre sit ineptum. Curatio indicabit: quæ partim præseruare, partim liberare studebit. Præseruabimus victus ratione, ea prætermittendo, quæ lapidi materiem suggerant, caseum, & lacte constantia omnia, item pastilia, pinguia, suilla, & id genus. In iuuenibus, virium robore, temperamento calidiore, mittendus sanguis, tum ex brachij basilica, tum ex talo.

Remediorum farrago offertur ex Pharmacia qualis nulli feracior. Pauca tamen voti compotes faciunt Medicos; quamquam Practici omnes plurimum ingerant, innumerique tua arcana iactent Empirici. Nos certius adhuc nihil habemus, propositis in Anima Medicinæ selectissimi hercle remedijs, & experimentis crebris comprobatis.

Dignationes, ex varietate doloris.

Nota.

Præfagium.

Scopi.

Præcautio.

Chirurgia.

De vrine stillicidio, & ardore. Cap. XXXV.

Multifariam contingit urinam supprimi; vitio nimirum vesicæ, & eadem minimè affecta. Citra vesicæ vitium quidem intercipitur, quoties vesicæ vitium à renibus

Dignos locorum.

capit,

*A varia-
te causarū.*

cipit, vel quia à renibus non attrahitur, aut attracta in vesica ab eadem non expellitur. Si igitur, citra partium dolorem vrina supprimatur, dicendum est Emulgentium, aut renum imbecillitate id accidere; maxime, si paulatim cesset emittendi facultas, & dorsi præcessus fuerit labor, & frigida quædam, ac veluti languentium virium sensatio. Si vero suppressio repente fiat à comestationibus plenioribus, & intempestiuis, dicendum est à viarum obstructione pendere.

Prognosis.

Cura.

Notandum.

Ischuria cuius partis affectio.

Vtraque affectio periculosa, citò ni succuramus: quoniam exuperante in venis sero, aut calorem suffocari, aut vasa dirumpi, vel in superiora regurgitare necesse est. Protinus ergo à cruditatibus optimè repurgandum est corpus; Melle Rosa- ceo, Manna, ampla; emulsione seminum Carthami. Mittendus proximè sanguis ex basilica, si plethoricus æger sit, mox ex talo. Deinde vsurpanda Diuretica, præsertim therebinthina cum Semine Hypericonis, & Liquiritia. Vomitus quoque prodest. Inungendi interim renes oleo Scorpionum tum simplici, tum composito cum succo Eringij, Balsaminæ momordicæ distillatæ, aut eius oleo, similiter, & vniuersum abdomen, maximè propè inguina: & aqua exhibeatur distillata ex Apij radici- bus, Carduo stellato, Vrtica, fœniculo, Acoro, Sem. Ammeos, Petroselini Macedonici, Irionis, cum succo limonum, & specie- bus Ducis Auræ, atque Electario Lithontribon.

Obstrui tamen seorsim emulgentia, renes, & vreteres scien- dum est, eorumq; seiunctim vitio posse vrinam supprimi; pecu- liaria vero signa commonefaciunt Medicum. Rarò tamen alte- rutrum renum occludi accidit; siquè contingit; attamen non potest ab obstructione alter, opportunè trahendæ, ac distribuendæ vrinæ sufficere, quo fit, vt licet morbus ad interitum non perducatur, incommodam saltem, & ærumnosam is vitam degat, cui alter renum est obstructus: Quod cognosces ex dolore, & grauitate; ex lotij tenuitate, & paucitate: aut, si vrina cras- sior sit, ex difficultate meiendi, citra inguinum, aut vasorum dolorem.

Affecta porrò vesica, aut obstructis meatibus, ea suboritur mingendi difficultas, quæ Ischuria Græcis appellatur. Nosse autem oportet, cui muneri vesica dicata sit, quasue à natura, vt debitè vrinam extrudat, conditiones sortita fuerit. Primo quidem molestiam à pondere præsentis vtinæ. Secundo aptitu- dinem integram ad excernendum. Tertio viarum liberum iter. Quoties altera harum frustratur, lotium benè cedere est

re est impossibile: Siquidem molestiæ sensus, si absit à pondere, neruorum ablatum munus apparet; quod in paralyti manifestum est. Si fibrarum se se contrahentium, simulque vrinam experimentium aboleatur, aut minuatur facultas, lotium pariter non redditur. Similiter si viæ calculo impediatur, arena, pituita crassa, aut caruncula, iter vrinæ protinus intercipitur.

Primi vitij signum est protuberantia vesicæ, quæ repletur, nec exoneratur eo. Alterius affectionis (nempe imbecillis facultatis) signum est modus fluendi; nam guttatim, & sine dolore extruditur. Tertij affectus signa sunt manifesta, nam cathetere, aut candela immissa patefiunt.

Ista (Lector) ad vrinæ difficultatem, aliaq; vitia, accuratius prosequi visum est; quoniam affectio Magnatibus familiaris, curatuque, imò & cognitu difficillima.

Modo singulis affectionibus seorsim vnum, aut alterum, sed præstans remedium aptemus. Et primo: neruum resolutum, vesicamq; ponderis non sentientem molestiam, inuet forus ex Vriticæ folijs, summitatibus Absinthij Pontici, floribus Hyperici, verticillis origani, cum lumbricis vino maluatico extinctis: ablataque fomenti spongia, adhibita inunctione ex oleo nucum muscatarum, Euphorbij, Castorei, Costi; vel si linimentum apoplecticum M. D. cuius extat formula in Medicæ Artis Anima, haberi possit, mirum proderit in modum, momentoque ferè temporis. Est autem inungenda non tantum pubes, sed & occiput, principium neruorum, lumborum regio, & Perinæum; Imbecillitatem quoque facultatis idem remedium leuat. si abdomen foueatur, & inungatur.

Vitia vero in via tolluntur appropriatis: lapis nimirum, eum terentibus, aut expellentibus: Caruncula, candelis medicamine imbutis citra mordicationem, quale est insigne sequens.

℞. Calcis vitæ	}	An. Dr. 3.
Aluminis scissilis		
Aeruginis aëris	}	An. Vnc. 5.
Calcythidis vsti		
Saccari fini	}	An. Vnc. 1.
Litargirij aurei		

Infundantur succo limonum per dies tres; mox super lapide porphyrite terantur, & puluis soli exponatur, & sic per dies nouem. Deinde.

℞. Huius pulueris Vnc. 1.

Olei

Signa via
via varia la
fomis.

Nota.

Remedio se
lecta.

Olei Rosati Vnc. 4.

Ceræ citrinæ Drac. 2.

Coque ad cerati mollioris corpus, quo vtere.

Humores vero pituitosi, his, quæ subducant, diuertant, ætenuent, incidant, & per conuenientia loca exportent, superentur, & extrudantur.

*Stillicidiū
vrina cuius
partis lesio-
nē ostendat.*

Causa.

*Notent Iu-
uenes, nec
maximo cū
detrimento
insaniant.*

Remedia.

Cautio.

Notandum.

Modo superest, vt peculiaria quædam stillicidio, & ardori proponamus. Stillicidium diminutam dicit vesicæ actionem. Est autem vrinæ effluxio guttatim facta cum vredine, & conatu, vt vesicæ tenesmon scitè appellari possit. Huius affectus potior causa est vrinæ acrimonia, ita, vt viæ exurantur, & plus nimid exsiccentur, & ita mordacis transitu lotij praua fit, quasi exferuenti aqua sensatio. Senes maximè hoc morbo infestari solent, aut qui immodica Venere genitalia fatigant, maximè si cum calidioribus fœminis coeant; Magis adhuc si lunares passæ purgationes compressæ fuerint, magisq; si vteri aliquo ploratu, & potissimum Gallico teneantur; Quod vitium Scottis ita est familiare, nuptisq; quamplurimis, vt vix meretricius vterus reperiat hac labe immunis, genæ quamquam rosæ, colla ligustrina, vbera niuea sint, aureiq; torques, guttura exornent. At isthæc incassum, non enim libidini dediti ista legent studio sis, ac moratis data.

Si biliosi sit temperamenti, qui stillicidio cum ardore tentatur, Ptisanam sumat cum emulsione Sem. Cucurbitarum, Mello- num, & Anguriarum, addito saccharo. Utatur linimento ex Viruli adipe sæpius rosarum aqua eloto, amigdalino recenti admixto, quo renes, inguina, pecten, perineon inungantur. Si vero iam ætas occidat, parcius, & infrequentius, ne partes nimium refrigescant, & nerui fortè ressoluantur.

Videntur sic affecti coitu subleuari; voluptuosa tamen est impostura; sæuius enim morbus insurgit, & lentore seminis iaculati iam euanescente, quo vrinaria via, veluti loricata, acrimoniam non ad eò admittit, debilior, & calidior reddita pars, vsu, & affricu, doloribus acerbioribus diuexatur.

De Diabete, atque lotij incontinentia. Cap. XXXVI.

Contraria quoque in mingendi vitijs occurrunt: abolita se quidem mictioni, auctior, & ad periculum immanis vrinæ profusio.

profusio. Si quis igitur multo copiosorem potu vrinam reddat, cum internarum partium vredine, cibi fastidio, mœrore, siti ingenti, abdominis flacciditate, venarum turgiditate, lumborum grauitate, corporisque emaciatione, potu nullatenus immutato, Is Diabete laborat.

Diabetis signa.

Auctores circa causas dissentiunt: Nonnulli à frigiditate fieri; Alij volunt à calore. A calore quidem suboritur, quoties renes ob calidam intemperiem validius attrahunt, & eiusdem vehementia velocius vrina extruditur, retentricis violato munere. Maximè cum idem calor, ac proinde lotij mordacitas, expultricem laceffit, & ad celeriore[m] prouocat transmissionem. Qui vero in coctionis vitium hanc passionem referunt, à frigiditate oriri contendunt, defectu nimirum caloris: Puta, si patiens niuatis potionibus, ijsque copiosioribus vsus fuerit, ita vt superari quierit calor, præsertim Iecoris, & renum, ex quo impotentia ipsorum accidit, ita quidem, vt retinere fluentes humiditates non possint. Vtrisque rationes suppetunt, & vtroque fieri modo hanc affectionem contingit.

Varia Opiniones circa causas.

Causa.

Quæ sicuti grauioribus potest æquiparari, & periculo plenis, sic curari difficili prorsus negotio solet: propterea quia, licet vna sit intemperies, plura tamen requiruntur, quibus satisfacere arduum, & ferè sit impossibile.

Prognosticè

Prima victus rationi laus; quæcumq; etenim præsidia adhibeantur, quamquam insignia, nisi religiosa viuendi œconomia adiungatur, omnia erunt incassum. Sit itaq; præ ceteris alius laxa: ea, quæ plurimum nutriant, exhibeantur, non tamen quæ humiditati serosæ generandæ conducant. Qua itaque sorbilia, carnes assæ, præsertim alaudarum, turdorum, perdicum, vituli aliquando, vix pulli. Aqua detur chalibeata, quodq; opportunius est, aurata, aut in qua silices, vel gemmarum rudium fragmenta ignita extincta sint. Pyra austera vino decocta, Cytonia mala faccaro condita, semina Coriandri faccaro circumlita.

Cura.

Tunc licebit blandiora quædam propinare medicamenta: Infusum nempè ex Rhabarbaro optimo, Mirabolanis, Santalis citrinis, lentisco, nec non Scialapa, Mechiocan, in aquis Scabiosa, florum Aurantij, florum Myrthi, aut summitatum lauri, tum ad serositates educendas, tum ad corroborandum, nec non exhilarandum ægrum: animi quippe pathemata solent maxime perè obesse in affectione Diabetica. Quod, si vires ferant, etiam ad scamoneata confugiendum, ea tamen, quæ non vulgari ministerio officinarum parantur, sed animum liberalem se-

Remedia.

Circa Scamoneata notandum.

Cautio. cutis manibus, ita ut studio, & arte terrea fœx à subtiliore separetur, tunc enim innocens ferè est scamoneatorum usus, me quoque centies experto teste. Semper tamen summa circumspeditione, citra quam periclitari Medici simul existimatio, patientisque assolet vita. Gummi quoque gutta usus presentis casu mihi arridet; quoniam ferocitates valentius educit, citra viscerum noxam, si cum ambra corrigatur, & in aliqua pura totius Citri, aut simili conserva exhibeatur.

Nota. Illud ad hæc præscribenda remedia, me impellit, quoniam habeo ex Hipp. 4. Aphorif. ult. multam urinam noctu redditam parvam alui deiectionem significare; quocirca; cum eadem contrariorum sit disciplina, quoties multam deiectionem arte moliemur, minor fiet emictio, & sic naturam docebimus copiam humorum ad alui profluuium dirigere. Plura Practici dabunt ceteri; hæc nobis potiora in hac passione videntur.

Incontinentia urina. Urinæ pariter incontinentia inter meiendi vitia refertur: calamitos tum adeo symptoma, ut vitæ ferè hi odio habeant, quos penis ploratu assiduo, ridenda populo turpitudine, maioris fœtorisque incommodo, ab urbano arcet consortio.

Causa. Pendet à frustrata annularis musculi actione, exercente vesica solum excernendi munus. Potiores causæ sunt retentrix siue ablata, siue imminuta, musculique labefactata retentrix ab ictu, ab ulcere, aut alio externo occurso, aut fortè eodem ressoluto, maximè si humidioris temperaturæ sit patiens.

Signa. Signa patent: effluit quippe perenni stillicidio lotium. Curatio causæ naturam sequitur ita, ut roborantibus aliquando, & exsiccantibus; aliquando reuellentibus, & deriuantibus res sit peragenda, sic parato corpore, ut vniuersi vitia prius repellantur. Diurnus est morbus, & ærumnosus, sed, ut plurimum, periculo vacat.

Cura ex scopis.

Præfagium.

De involuntario Seminis effluvio seu Gonorrhœa.

Cap. XXXVII.

Gonorrhœa quid. Mulieres pariter, ac viri Gonorrhœæ sunt obnoxii: vtriusque siquidem semen spontè excidere contingit, nulla pudendorum tentigine, sensu nullo voluptatis, aut molestiæ, & citra Veneris desiderium.

Fœminarum Gonorrhœa in his potissimum suboritur, quæ aut

Vir-

Virgines sunt aptæ viro (licet rarò id contingat, teste Gal. lib. 2. de Sem. cap. 1.) aut quæ olim viro iunctæ, ab eo se auulfas dolent; præcipuè si vberius alantur, & delidem vitam degant; otio quippe semen augent, corpusque huic morbo coaptant: Nam, cum semel, aut iterum semen voluptuosa commixtione emiserint, sic ad illud generandum natura dirigitur, vt deperditum reparare conetur speciei consulens.

Quoties igitur excrementum hoc, alioqui vtile, exuperat, nisi excernatur (quoniam optimi corruptio est pessima) quæ ea parit symptomata, propter quæ aut mente capiuntur, aut præfocari videntur, aut alios pati cruciatus solent mulieres: Quæ propter facili negotio in Gonorrhæam tales incidunt.

Quamquam sepe falluntur Medici, qui mulieres, sic affectas, curandas suscipiunt, tanquam albo vteri profluvio laborantes: cuius potissimum erroris causa est, quoniam rectè non distinguunt per signa. Quibus enim vterus scatet humiditatibus illis albis (præter alia peculiaria signa) solent viros auersari; seculus verò, quæ feminis nimietate huiusmodi Gonorrhæa corripuntur; adeò enim exardescunt in Venerem, vt nihil intentatum relinquunt, vt à viris quam sepius comprimantur: licet, in veterata deinde affectione, sic emacientur, vt Venerem aut non appetant, aut non ferant.

Viros quoque spontaneo seminis effluxu corripì, certum est, iisdem ferme conditionibus. Nulla nimirum tentigine, nullo Veneris Phantasmate, absque molestiæ sensu, seu voluptatis; perenni tamen seminis stillicidio.

Sed quoniam Gonorrhæa dicit inuoluntarium seminis exitum, haud erit lectoribus iniucundum, si præteritorum facilitate, superato veluti Medico Tyrocinio, ad arduam denique, fustoremque paulò contemplationem deducantur. Anatomico Medici rem luculenter pertractant; Nos quædam strictius colligemus.

Operæ pretium erat, vt sui amans natura, rationem excogitaret, qua refici, aut saltem reparari indiuidua possent, ne his pereuntibus (cum eorum corpora alterationi non tantum, sed & corruptioni essent obnoxia) species quoque perirent. Propagationis itaque beneficium, maris, scemineque voluptate sanctiuit, verique elargita ad generationem sexum, aptatisque instrumentis: Maribus igitur varias tribuere partes placuit, quibus suimet imaginem (admirandi plastes) exprimerent. Et quoniam instrumenta non erant satis, viuientium vt messis vteri

Qua potissimum mulieres eidem obnoxia.

Seminis exuperantis descendentis signa, & symptomata.

Notandum.

Dignotio Gonorrhææ ab albo vteri profluvio

Semini producendo curatur Naturæ intentio.

agro prius commissa per semen propagaretur, sperma homini dedit, quod prius elaboratum, seruatumque opportunè, mox emissum ex matricis humo hominem proferret.

De partib. generationi dicatis, parerga. Venę ergo, & seminales arteriæ, miro quæ inuicem ordine coeunt, mutuisque herent amplexibus, preparando semini concinnauit. Epididymidi seminis excoquendi munus delatum est. Testibus prolifica fuit demandata facultas: exactum iam semen deferendi prouincia, eiaculatorijs commissa. Prostatę ad custodiam sitæ: ad tutissimum tandem feminis iter in utero, Penis fuit exporrectus, quo excepto, eedem ferè partes sceminis sunt; non tamen situs testium idem, cum hæc internos, mares verò expositos habeant.

Verum discussuris nobis circa semen, eiusque emissionis modum, & finem, conducit primo quid sit semen considerare; à quibus decidat partibus; à qua facultate feminis excretio fiat; cur voluptuosa sit eiusdem eiaculatio; quomodo circa hæc morbus accidat; quid præfagiendum postremo, & qua ratione curandum.

Vtrū semen cum Genitura idem sit. Nonnulli genituram à femine distinxerunt. Sic Aristot. 1. de Genera. Animalium c. 18. semen genitura perfectius constituit. Confusè modo à nobis accipiatur, nullo tamen præsentis doctrine præiudicio, & dicamus: Semen esse laudabiliorem sanguinis alimentaris portionem, coctione testium dealbatam, & spissatam per spirituum admixtionem, ad generandum perfectum animal. Est autem natura feminis, partium diuersarum respectu, aquea simul, & ignea. Aquea ratione sanguinis; ignea spirituum: qui quidem Spiritus super ipsum feruntur ad generationis ferè diuinum munus.

Vnde semen excidat. Quibus autem à partibus excidat, Plures dissentiunt. Alij siquidem ab vniuerso corporis separari; Alij à cerebro tantum; Alij à spinali medulla; Alij à solidis omnino partibus volunt, quos tamen omnes Doctissimus Laurentius conuellit, existimans, solis testibus erumpere, ipsorum facultate dealbatum, spissatum, spiritibus imbutum. Neque mirum est hanc sanguinis transmutationem concedere, cum & lac dealbatus, sit sanguis. Non tamen negandum ab vniuersa sanguinis massa ad testes sanguinis puriorem partem deferri, spiritibus velocissimo motu, illum ferentibus. Formatricem idem à quacumque parte secum adducentibus, vt veluti ex prototipo hominem representet.

Semen quâ facultate excernatur Dicendum pariter à qua facultate feminis fiat excretio. an scilicet ab animali; an à naturali? Validissimis certant rationibus

libus vtrunque pugnantes. Naturalem esse contendit Hip. lib. de genitura. Qui in turgentem materiem seminis, lociq; impatientem refert, quoniam extuberans, effluxum quærit. Adstat tanto viro Aristot. qui semen constituit excrementum, quamquam vtile. Excrementa autem omnia vi Naturæ extruduntur; sic lunaris purgatio, sic lotium, sic alui ouera. Concludunt tamen in oppositum Alij. Animalis nimirum facultatis opere excerni semen; quoniam pro voluntatis imperio emitti celerius, aut tardius potest. Quandoquidem non sine imaginatione, aut in vigili, aut in dormiente, nec absque voluptate, detruditur: voluptas autem sentientis est facultatis. Nos grauissimos Viros sequimur, autumantes medio modo se haberi; quoniam vtramque proculdubio respicit facultatem, prout Laurentius ostendit.

Hip. opinio
& Arist.

Conciliatio
opinionum.

Quibus ita positis, iam facile Gonorrhææ legitimæ apparent causæ, quæ ratione morbosa omnino sit ista affectio. Instrumentis quippe bene dispositis, laudabiliter semen excernitur; nam inflato pene, spirituum copia fistulosus nervus intumescit, & semen spiritibus suapte natura imbutum, nouo eorundem adfluxu mouetur, & quærit cum impetu exitum. Longè aliter sanè in morbosa seminis effusione, in qua neq; dilatari neruum contingit, neque spirituum fit affluxus; sed partium tantummodo impotentia, aut seminis tenuitate, & cruditate, inutile ceu pondus defluit: præterquam quod in morbofo seminis effluio nulla fit vasorum compressio, ob quam semen, excutitur, cogiturque exsilire, sed potius patulis semper meatibus, laxisque vijs, semen misere decurrit, & nullo exeundi impetu, quo notissimus ille voluptatis sensus excitatur, ob quem solum in Venerem fertur carnis cupiditas, conciliante tam incondito operi gratiam, Natura, ne species pereat.

Dignotio
morborum se-
minis exitus
à naturali.

Morbosi se-
minis exitus
signa.

Sine igitur irritatæ expultricis vitio, seu frustratæ retentricis accidat; dicendum est, spontaneum seminis effluuium symptoma esse in genere excretorum immodicè: non quidem ad renes, pudenda, venas, & arterias aut nervos primario, sed ad seminaria vasa referendum, & ad retentricis impotentiam, seu virorum, seu foeminarum morbus sit. Vt plurimum tamen in mulieribus ex seminis acrimonia oritur, & copia. Neq. negauerim aliquando, & propter retentricis imbecillitatem eam in foeminis fieri, quoties mulier, seu virgo sit, seu virum experta, aut Venere ferueat, (& ob id semen incalescens agitetur, & defluat,) aut pudendorum attritu, renumque succissa.

Ex cuius
partis lasio-
ne.

Cautio ex
praxi.

cuslatione, aut labore, in illam retinendi impotentiam incidet, ut facienti mihi Medicam Artem plurimæ significare haud sunt veritæ. Nimia quippe pariter Veneris abſtinentia, minusq; eiusdem vsus (maximè si intermittatur in assuetis) idem excitare symptoma solet.

Causa externa.

Externæ quandoq; causæ huiusmodi morbum faciunt (prætermitto modo inquinatæ mulieris amplexus, aut ea Gallicæ lue laboret, aut vterus menstrua impuritate sordescat) ingens nempe labor, ad renes præcipuè spectans; æstiva equitatio; gestatio onerum; pilæ lus, aut quodnis gymnasticum munus, vniuersum corpus ad lassitudinem terens.

Nota.

Scopi.

Aut igitur feminis vitio fiat morbus, aut vasorum, proprie oriuntur indicationes: semen etenim iusto tenuius, & crudum, sui coctionem, & incrassationem requirit. erit igitur calor natus iuuandus, spiritus augendi, alimente succi optimi suggerenda, corpusque placido exercitio mouendum.

Scopi.

Si verò ab acrimonia sit, erunt humores prauis educendi, & siue à bile, siue ab acri pituita fiat acridinis sensus quo ad expulsionem excitatur facultas, utroque casu, compescendi, & attemperandi.

Si verò vasorum culpa, eadem erunt roboranda, his quæ infra dabimus ad curationem.

Si verò peculiari ratione viscus aliquod, aut generans, aut recipiens huius symptomatis causa esse videatur; proprijs præsijs occurrendum. Puta, si caput destillatione, si ventriculus acide pituitæ generatione, si iecur vitiatum sanguinis culpa, seu bilioso, seu etiam frigidioris, & tenuioris, erunt pro indicatione aptanda remedia.

Præſagium.

Ad Atrophiam tandem, & Tabem deduci simili morbo correptos ferunt, eoquæ magis si nimia Venere attritos. Exemplo est Satyrus in Thaso lib. 6. Epid. Sect. 7. qui anno supra vigesimum quinto Gonorrhæa correptus, trigenerarius contabuit, obiit. De Gallica alibi.

Curatio.

Curatur in Viris, pro conditione causarum; semper tamen cautè, ne effluxu cohibito, retenta materies grana symptomata, longè grauiora morbo ipso producat. Itaque si nimietate feminis vitium suboriatur, generatio eius minuenda. Si retentricis impotentia, roboranda hæc facultas. Si vasorum nimia attractione, compescenda caliditas, feminis retundenda acrimonia; & sanguinis pleno existente corpore, minuendus, & minus alentibus cibus vtendum.

Peculiares scopi.

Expurgare vniversum corpus necesse est, iuxta peccantis prædominium humoris, his quæ superius pluries ostendimus. Quo peracto, tunc ad localia devenies.

Quod si corpus frigidis humidisque scatuerit suapte natura succis, vteris fomentis renibus admotis ex chyna, Sassafras, sulphure, Calcythide. Abrotano, Ruta, Seminibus Viticis, Origano, radicibus Acori, Ireos, Aristolochiæ, ex Vino rubeo austero, chalibento, & aquis Calderianis ad æquas partes, si suppetant, secus vino rem absolue.

Si verò calidius fuerit corpus, & adhuc remaneat caloris vestigium, tutò usurpabis linimentum ex ranarum pinguedine, cum puluerib. corticum internorum Castaneæ, Auellanatum, Sanguinis Draconis Lachrymæ, thuris, Mumix, Corallorum alborum, Spodij eboris, Masticis puri. Et rosarum rubearum.

Quod nisi cedat affectio, erit ad ea confugiendum, quæ præterquam humores attemperent, vasa etiam quoquo pacto roborent, & astringant. Magnum autem remedium est ad hoc, sequens Aqua, cuius vsu viscera non solum corroborantur, & æquantur humores, calorque compescitur, sed viæ mirum in modum coarctantur citra noxam, & excrementa sanguinis corriguntur, & absumentur.

Remedia.

In Gonorrhæa à causa frigida.

A causa lida.

℞. Chynæ ell. inc. Vnc. ʒ. 5.

Santal. alb. Drac. ʒ. 1.

Sem. Cannabis torrefacti

Papau. albi

Citonior.

Myrtillor.

Acetosæ

Quattuor maior. fr.

Hypericonis

Semperuiæ maioris

Plantaginis

Portulacæ

Cynoglossæ

Polygoni

Fl. Nymphææ

Rosarum rubr.

Hypericonis

Gummi Arabici albi

Tragacanthi

An. Drac. ʒ. 5.

An. Dr. ʒ. 3.

An. m. 2.

An. p. 2.

An. Dr. ʒ. 5.

Offium

Offum Capi combustorum }
 Boli albi Iluensis non præp. } An. Dr. 5.
 Spodij Eboris }
 Mumia electæ Drac. 1. 5.
 Balsami orientalis legit. Drac. 6.

Inf. in lib. 10. aquæ Betonice, in qua fuerit septies circiter,
 extinctum aurum fufum ad aliquot vncias. Deinde transacto
 biduo, distillentur omnia clausis iuncturis vasorum, organis vi-
 treis, ex balneo Mariæ.

Dosis, vncia, singulis, diebus per dies quindecim, aut viginti
 summo mane; alteram verò sumet patiens hora post cænam.

Mulieribus quoque ista conueniunt, quod si plenitudine
 sanguinis oriatur affectus morbus sit in principio, nec adsit vteri
 præfocatio, tutò sanguinem mittes: ex brachio, si benè cedant
 lunares purgationes, ex talo, si suppressæ sint, aut imminutz.
 Si verò morbus sit progressus, corpusq; emaciatum, à venæ se-
 ctione abstinence: nisi aut febris aliqua putris, aut cutis fœda sca-
 bies cogat.

CURATIO M
 LICITUM.

Expurgandum iuxta conflictatę mulieris conditiones vni-
 uersum corpus, vt supra dictum.

TOPICUM VE
 MEDICUM.

Renibus affigenda lamina plumbea, Agni casti succo singu-
 lis diebus perlita, aut ranarum pinguedine, cum solatri Hor-
 tensis succo parata: si à calido (vt solet humore) pendeat affe-
 ctio: si verò à frigido, vtere oleo rutaceo, aut succo radicis Iri-
 dis. Inungendo etiam iisdē, inguina, pecten, vsq; ad pudenda. Se-
 men cannabis tostum, cum Semine Brassicæ hortensis, & Sac-
 caro ad equas partes, ad drachmam septies assumptum, sanare
 dicitur Gonorrhæam. Item liquiritia, cum Corallo albo præp.
 ex Saccaro ros. veteri. Familiares sint rotulę diatragacanthi
 albi.

PHARMACIA

Viuus sit tenuis, exercitatio assidua, non tamen laboriosa;
 Venereorum cogitationes nullæ: Potus lymphatus omnino, aut
 ex aqua chalibeata.

F I N I S.

ADDI-

ADDITIONES

AD CAPITA DE MORBIS INTERNIS.

Ad Caput de Dolore Capitis. Additio I.

Dolor scœuissimus aliquando excitatur in capite, à Calculo ibi genito, quo casu remedia nullius sunt emolumenti; qua propter Medicus omnibus secundum rationem iam adhibitis, vsque ad Arteriotomiam circa tempora, meritò debet in suspicionem calculi deuenire; qui dum non sit circa processus mammillares in osse hythmoide, ita vt possit colliquantibus, aut conterentibus per nares ad motis deturbari, nulla est salutis spes.

Notandum etiam scœuissimos dolores excitari consueuisse ex corruptione ossis cranei: quod frequentius obseruatur in lue Venerea affectis: Tunc vtendum Raspatorio, quod vocant, & igne pro Chyrurgica peritie.

Interdum etiam suboritur dolor ingens à vermibus in capite genitis, & enutritis circa duram matrem. Quo casu attrahenda est decoctio Absinthij, Myrrhæ, Centaurei Minoris, & Scordij per nares, cum modico Teriacæ in ea dissolutæ; eadem vtere decoctione tepidis linteolis fouendo etiam suturas; Ex morsunculis interpollatis à vermibus fieri, dolorem intelliges.

Si vero dolor excitetur à flatibus nimium extendentibus membranas cognosces, quoniam sæpe fiet doloris mutatio, & oculorum præcipuè grauitas aderit. Contingit consensu ventriculi. Ex vsu erit non tantum in capite, sed in ventriculo discutientibus vti, simulq; corroborantibus.

*Ad Caput de Phrenitide.**Additio II.*

INter præcipua Phrenitidis Symptomata, sunt Vigiliæ morboſæ, mentis alienatio, & furor: aliquando autem, & ſuppuratio.

Primis occurrere porrecta emulſione Sem. Papauer. albi, ex aqua ſolarri, Lactucæ, Violarum: Vel inunctione temporum, narium, venarum iugularium ex Populeone recenti, cum Oleis Nymphææ, & Violarum, addito pauillo croci, & opij, cum grano Zibetti.

Propinabis inſuper ſerum caprillum, aut Vaccinum, deſtillatum cum Sem. Papaueris albi, Cucurbitæ, folijs Lactucæ, Solatri, floribus Nymphææ.

Si verò delirium adſit, & mingendi obliuio, loca pubis perfricentur, & comprimantur, manu Oleo Scorpionum ſimplici inuncta. Et Anagallis, Parietaria, Malua applicentur, eodem Oleo macerata.

Furor ſi urgeat, ſecta priùs cephalica in cubito, largiùsque miſſo ſanguine per ſedales venas, tunde etiam frontis venam: & hirudines affigito naribus. Et cancrorum viuorum optime contuſorum carnes per ſetaceum tranſmiſſas cum modico aque hordei, & ſucco Citri, fronte pariter admoueas.

Suppuratio ſi immineat, iuuanda: vnica quippe ſpes ſalutis: ſternutatorio priùs blando, mox acriori, pro Medici iudicio, & ægri indigentia, vt promptiùs Natura ad expellendum inſurgat.

*Ad Caput de ſomnolentis Affectibus.**Additio**III.*

Allatis capite proprio præcis diſpoſitionibus addenda eſt Catalepiſis, ſeu Congelatio, quæ differt à lethargo, Comate, Subeth, & alijs; quoniam in illis dormientis oculi clauſi remanent; in Catalepiſi vero ſemper aperti manent ob frigiditatem, & ſiccitatem humorum.

Præter ea, quæ ſuperius allata ſunt vttere Clifterijs acrioribus, & vomitorijs. Embrocetur caput decoctione Rutæ Pu-
legij,

legij, Thimi, cum Castoreo: & applicentur naribus capilli hominis vsti cum aceto, & Costo.

Scœuissimæ sunt affectiones, & quæ interitu plerumque absoluantur, nisi citò occurramus.

Ad Caput de ocularum Morbis. Additio IV.

Quamquam peculiari opusculo exactius edituri sumus, quæ ad oculorum tum structuram, tum ægritudines faciunt, nè tamen aliquid necessarium præsentì tractationi deficere videatur, placet compendio quædam in iuniorum gratiam proponere.

Ophthalmia igitur vlcus est, seu aposthema in exteriori oculi tunica dependens ab humoribus, ac præsertim sanguine in capite ac præcipuè in oculis feruefactis.

Lenita prius alio mittendus sanguis pro corporis plenitudine, tum ex Cephalica, cucurbitulis scarificatis spatulis affixis, tum hemorrhoidibus apertis, tum demum, si rebellior sit affectio, secta vena frontis appositis hirudinibus post aures, nec non etiam leuiter incisus narium venulis.

Sunt pariter ex vsu vesicantia, setacea, cauteria, frictiones, balnea infernis partibus administrata, aliaque id genus si diuturna, & contumax fluxio sit.

Purgantia initio conueniunt; Pillulæ præsertim Cochix, Aureæ, Aggregatiuæ, nisi adsit febris, ea vero præsentè Cassia, Syr. Ros. solut. Mel Ros. solut. &c.

Notandum tamen præparantia non conuenire, maximè ex ocularibus, puta sceniculo, Euphrasia, & consimilibus; quoniam humores deducuntur ad oculos, qui potius ab ipsis sunt retrahendi. Id autem maximè obseruandum initio morbi; nam administratis euacuantibus lenior erit error.

Deprimentia vix conueniunt prima, & secunda die: oui albumen cum aqua Rosarum quassatum lacte muliebri, & sief albis, maximè si dolor vrgeat: quarta ad summum transacta erit abstinendum.

In fluxione pituitosa reprimentia fronti admouentur ex thure, Myrrha, Mastiche, cum decoctione Myrtillorum.

In statu vtère Thutia cum pauxillo Vini Albi oligophori Saccarum Candum redactum ad polinem cum modico Croci,

& oculis insufflatum mirificè iuuat: maximè si à puluisculo instillentur guttè aliquot sanguinis ex visceribus albarum columbarum domesticarum.

Mirum est autem, quod ipse, stupore adstantium pluries expertus sum; quod si rasura tenuissima corticum oleæ includatur cavitati oui optime cocti dissecti, à quo fuerit extractum vitellum, & applicetur oculo, quantumuis ophthalmia rubenti, vniuersum sanguinem apothematis extrahi ita, vt mane rasura sit perfusa sanguine, oculus vero albus, & purus conspiciatur.

Chemosis, effatu digna oculi inflammatio, ob quam palpebrae quoque inuertuntur, sanatur medicamento ex oui lutco, & muscarum corpusculis simul tritis, contemnendum alioqui remedium, nisi Galenus dicitaret, & comprobaret experientia.

Pterigion, siue oculi vngulam tolles succo Celidoniæ maritima, Rutæ, felle bubulo vsque ad æris æruginem mixtis cum succo phœniculi, si prius corpus fuerit debite expurgatum quod si dolorem incutiat tunc blandioribus, verbi gratia, muliebri lacte cum saccharo, & oui albumine occurrato.

Si ex inflammatione perperam tractata sigillatio fiat, siue Hypopyon, tunc ad digerentia confugito: folia nimirum Rutæ, Eufragiæ fœniculi, Chelidonia, addito succo raphani, & aqua distilletur ad abluendum.

Egrediente Vinea, mitissima Chyrurgi manu reponatur, ac statim huiuscemodi medicamentum apponatur: ex oui albumine, Sarcocola, Amylo cum Mucilagibus Seminum citiorum, & bolo albo Iluensi leuissimo.

Tolles autem vestigium adhibitis vrinae pueri cum succo raphani, & saccharo destillatis.

Ocularium affectuum, quemadmodum frequentior, ita scruuissimus est suffusio. Quoties igitur incæperint oculorum nervi obstrui ab humoribus crassis, si plethoricum fuerit corpus, sanguinem ex cephalica mittas, præmissis his, quæ ætherogeneos humores, ac pituitam præsertim educant: Maxime purgandum est caput pillulis iam enarratis, & masticatorijs Hyrrhina vero, quod caput calefaciunt & propter oculorum consensum, omittito. Inuras vero brachijs cauteria; si autem Capitis debilioris sit æger, ab Occipitis setaceo abstineto; nam plus attrahit ad caput, quam ab ipso euacuet, & reuelat; vt ere eius vice vesicantibus post aures.

Aliquod familiare pharmacum ægro est imperandum, quod
diutin

dietim aluum subducatur: iucundum, ne respuat, aut eo vtendo nimio radio afficiatur. Tale erit.

℞. Vuarum creticarum maio. pinguium.

Mundatarum lib. vnam.

Cremoris Tartari vnciam vnam.

Gummi Gütte scr. 4.

Fiat puluis, quo vultu phalerno prius madefactæ aspergantur. Harum fumar singulis diebus dimidiam circiter vnciam. Efficacius erit remedium, si Cremori, & Gummati addatur didracma trochiscorum Viperinorum.

Aqua mellis oculo instillata: Item ex pane adhuc calente, & succo feniculi imbuto: Item saccari liquor exstillatus ex canna feniculi virentis cum portiuncula vitreoli depurati.

Nonnulli audentis se conferunt ad depositionem nubeculæ per acum auream summo cum ægotantium discrimine; nec semel ipsæ vidi ad cecitatem omnimodam perductos, qui accipiti hoc remedio decepti sunt.

Nec pauci visus debilitate vexantur; quæ aut spirituum defectu fit, aut insigni aliqua (præsertim sanguinis) euacuatione præcessa; quo casu corporis debita nutritione, spiritus sunt reficiendi.

Vel fit à nimia siccitate, post vrentes febres, aut à capitis erisypelate; tunc autem humidis opthalmicis, & cephalicis res erit agenda.

Vel ab excedente humiditate, quo tempore inedia est ex usu, quemadmodum, & totius capitis purgatio, per Cochias Pillulas, de Agarico, Lucis, Alephanginas, additis Ophthalmicis siccis.

Quod si à leni neruorum obstructione proueniat, propter pituitosos humores, tunc si plethoricum sit corpus, vtere sanguinis missione, etiam ex cubiti cephalica, præmissis ex leniente euacuationibus.

Nonnulli Cucurbitulam magnam scarificatam, occipiti affixam probant, ad valentio rem reuulsionem. Remedium mihi valde suspectum, quoniam si debilius sit caput, nimisq; humoribus repletum, magna facta attractione ad spinam, Paralyfim, aut etiam Apoplexiam spuriam potest excitare.

Topica leuiora locum habebunt, cautè tamen. Vinum album odoratum, integro mense soli expositum, & lotionem adhibitum, cum modico saccari, & feniculi succo.

Anagallidis succus, bis in hebdomada oculis instillatus.

Item

Item Aqua ex Hyrci Iecore elicita.

Omnibus tamen præstat Spiritus Balsami orientalis, cum sanguine Columbarum, & Lucij Piscis felle, ex Mariæ balneo distillatus.

Ad caput de Aurium Morbis.

Additio V.

NOtandum, suspectum esse vsum cuiuslibet remedij in aures instillati, nisi tenuissimæ sit substantiæ. Olea igitur omnia sunt abijcienda, multo magis crassiora præsidia, quoniam tympani membranæ adhærent, & ita magis ac magis auditionem impediunt; praxi id comprobante.

Extrinfecus igitur apponito in apothemate aurium oleum rosatum, vitellorum oui, cum succo violarum, & sedantia dolorem.

Si dolor à pituita fiat, gossypium moscatum impone, cum Aqua ardenti, in qua infusa fuerit ambra.

In antiquo Tinnitu, vtere oleo Euphorbij cum succo Cyclamini, non infuso, sed gossypio moscato admoto.

Si verò à lue Venerea affectio pèdeat, iam dictis adde oleum ex Guaiaco, cum vrina equi.

Surditatem verò inueteratam curabis, succo Bryoniæ, Cucumeris Asinini, Cyclamini, Colocynthidis extracto. Vino maluatico dissolutis, & auri cum gossypio, aut pinnae Bisso admotis per plures ac plures dies.

Ad Caput de Phrifi.

Additio VI.

TRia ex præcipuis in hoc morbo remedijs addere hoc loco visum est.

Primum in simplici tabe, propositum à Cardano, & à nobis experimento comprobatum, nempe Aqua stillatitia ex fuis sanguine: (alij mallunt ex humano) cocleis purgatis, & ranis cum summitatibus rubi.

Secundum est ex eodem, ad reparandam deperditam substantiam: nempe decoctio chelarum, & caudarum cancrorum ex aqua hordei cum saccharo.

Tertium

Tertium est talis decoctio, mirificè iuuans.

℞. Carnis Testudinum nemorearum. Vnc. 6.

Hederæ terrestris

Filipendulæ

Consolidæ maioris

Polygoni

Plantag.

Saniculæ

Alchimillæ

Sanguinis Suilli. Vnc. 10.

Lumacarum decortic. n. 20.

Farfaræ

Veronicæ maris

Passularum mund: Drac. 3.

Hordei. Vnc. 1. 5.

Aquæ Violatæ

Graminis

Consolidæ

An. m. 1.

An. m. 5.

An. p. 1.

An. p. 2.

An. Lib. 2. 5.

Inf. per dies duos, deinde extrahatur aqua per balneum alembicis vitrijs.

Dosi Vnc. 2. 5. Singulis diebus, summo mane, cum modico sacchari.

Ad Caput de Pleuritide. Additio VII.

In qua nonnihil de Peripneumonia, & Empyemate.

AD Pleuritidem expectorandam, vt omnes ferè euadant, recipe olei Oliuarum maturi vncias octo: aquæ fontis lib. 2. bull. ad consumptionem aquæ, & oleum malaxatum propinerur.

Notandum autem, quod cum interdum natura pertentet se exonerare purulenta materie per vias vrinæ, tunc vsurpanda esse dimetica, vt faciliùs per venam quam azigon dicunt seu sine pari, detrudatur; quod ego non semel vidi, sæculentis, cruentis, atris demum vrinis expurgari.

PERIPNEUMONIA laborantes ferè semper sunt Prognostico relinquendi: Latitat quippe sic morbus, vt plurimum imponat Medicis, ita vt eo cognito sera paretur Medicina.

Curatio

Curatio communis cum Pleuritide; at victus in hac tenuissimus esse debet, sc̄uior quippe est quam Pleuritis, & citius interimit.

EMPYEMA, siue internus thoracis abscessus, solet aliquando per aluum exonerari, sc̄pius per sputum. Si agrè aposthema disrumpatur, iuuanda est Natura, cum decoctione Origani, addito melle in aqua Hordeacea, & Maluarum. Si per aluum tendat, clismatis res agenda, ex ptisana, & saccharo. Si per sputum, vtere Looch de Pulmone Vulpis, Syrupo de Adiantho, de liquiritia, de Prassio. Quod nisi materies ritè expurgetur, tunc terebrandi muscoli intercostales candenti ferro; aut costæ potius os ipsum.

Ad Caput de Ventriculi Affectibus. Additio VIII.

INter sc̄uiores ventriculi morbos, reponenda Cardialgia, ita dicta, quoniam videtur Cordi immediatè officere, quamquam stomaci vitio ingens ille, & protinùs vires prosternens dolor oriatur; quo fit vt citò etiam interimat, nisi promptius fit auxilium.

Pendet ab humore acerrimo bilioso præcipuè, superius os ventriculi infestante.

Nulla sanguinis missio conuenit, ob virum lapsum, sed reuulsionis tantù gratia, sinapis num brachijs; & cucurbitula magna infernæ ventriculi regioni admota.

Conuenit oleum Amigdalinum, eum emulsione seminum Citri: quod si materies peccans calidior sit, in iuniore, aut aestiuo tempore, exhibeatur lac seminum frigidorum maiorum, cum Syrupo viol. sol. & trociscis de Violis sine diagridio: aut vomitum excitent, aut aluum subducant, salutare vtrumque præsidium.

Vrgente maximè dolore, Anodyna vsurpentur, fomenta potissimum ex Ol. Amigdal. Violato Anethino, Vitellorum oui, cum dec. S. Coriandorum, foliorum Myrthi viridium, Rubi, Fragariæ, Capreolorum Vitis, cum pauxillo Vini odorati ad penetrationem, & robur.

Exhibeatur Syrupus de succo Citoniorum, de Portulaca, Viol. S. Rosarum simplex.

Aliquando etiam Cardialgia excitatur à causa frigida, sed hæc

hæc spuria potius est, neq; opus adeo periculo plenum: odorata, & aromatica magis temperata conueniunt, siue per os, siue fomentis administrata. Qua etiam ratione, admoueri possunt *uates, Catuli, Agni recens exenterati, & adhuc calentes, infarcti pulueribus Masticis, Coriandrorum, Abrotani, pro caliditate, aut frigiditate peccantis causæ.*

Et hæc erit etiam curatio Inflammationis, & Ulceris ipsius ventriculi: nisi quod in his, etiam digerentibus suo tempore, emollientibus, ac tandem detergentibus opus est.

De Pica, & Malacia, agimus libro de Mulierum morbis.

Ad Capita de Morbis Intestinorum: Additio IX.

Volutus, est intestinorum inuersio, cum stercore eiectione per os. Prouenit ab intestini prolapsu. Solet autem inflammatio fieri, quarè initio repercutientibus leuioribus, & reuellentibus vtendum.

Ad reuellendum, si vires ferant, ætasquè, iecorariam seca: hemorrhoidibus hirudines admoue, nec non cucurbitulis vtete, tum scarificatis, tum leuibus: Frictiones quoque, & ligatura placent, supernis artibus.

Ex adipe, Butiro, Amigdalino enemata inijcito. Cautius vomitorijs vtete, nè ad os impur itatem alliciant, ineuitabili patientis excidio.

Extrinsècus quoque emollientibus vtete, ad intestinum reponendum.

In statu autem, & valètiore per os assumptis res tractanda, bolis nimirum ex el. ros. Mes. aut de succo Rosarum; additis (in robustis) diagridio, & Elaterio, ne materies sursum feratur.

Alijs quoque de causis (sed rarò admodum) solet hæc affectio suboriri; sed quoniam Artem Breuitate complectimur, ad subtiliora Lectorem alijs tractationibus inuitabimus.

De Aluo Blandè Subducenda, Peculiare Caput Vltimum.

INter innumera, quæ mortaliũ generi, corporis
miseriam exprobrãt, illud est inter grauiora recensendum,
quod impurissimum ventris pondus, ægrius excernatur, ac vi-
sceribus inherescens gestandum sit.

Laborat detentis fœcibus caput, doloribus afficitur, mens
hebetior redditur, sitis, oris amarities, torpor, tædium ferè
vitæ; onerosa denique omnia alioqui iucunda.

Cor fuliginibus oppletur, Iecur concalefit, obstruitur: Ni-
ger, aut flauus Icterus in adstrictiore aluo suboritur; Inappe-
tentia, halitus fœtor, omnia denique in morbum prona, si
venter reddendo contumax.

Nullus Medicinam facientibus difficilior offertur scopus,
quàm ex voto, remedia, aut alimenta suggerere, quibus cle-
menter aluus subduci queat. Cum etenim diuturna, imò ferè
inseparabilis sit affectio, iniucundis remedijs res agenda non
est, sed alimentis si fieri possit, aut medicaminibus saltem, quæ
ad alimenti Naturam, quantum fieri potest, accedant.

Auorum, aut etiam Parentum ætate, antiquis omnino
moribus Medici, Cassiæ florem, Mannam, Diaturbith, cum
frequentissimo Clisteriorum vsu imperabant, his etiam, quos
alioqui sanis adnumerabat processus ad negotia; cruciatu, ac
vitæ tædio perenni.

Excogitauit Clariss. Fabritius ab Aquapendente Pillulas
illas decantatas ex Aloe, Rosarum succo enutrito. At non om-
nino innocens, aut extollendum remedium: Melancolicis quip-
pe, quibus magis ex vsu videbatur futurum, hemorrhoida-
rum aut tumorem, aut dolorem, aut ad minimum pondus, &
pruritus parit, tum in fœminis, tum in Viris. Quodquè præsi-
dium minus gratum esse permittit, eo nec multoties adhibi-
to, natura ipsum contemnit, ita quidem vt nullæ iam sequan-
tur egestionis, aluus imposterum contumacior reddatur, vi-
sceraquè exsiccantur, & incalescant. Aliud quoque pariunt
vtentibus incommodum, grauitatem nempe crurum, & corpo-
ris totius languores; in multis etiam vrinæ ardorem, & re-
num caliditatem. Omittamus, quod plures ægrè deglutunt
pillulas, quo fit vt si vel paululum ore immorentur, amarissi-
mo sapore inficiant palatum, & ita inappetentiam faciant,
cum sit pollutum sensorium.

præstantissimum igitur illud esset remedium, quod assumptu non iniucundum; quod oculis quoque gratum: quod nulla nausea, vomitu nullo, nullis demum torminibus, semel, aut bis, duabus horis ab assumptione aluum liberaliùs subducat, & statim possit qui hauserit ad negotia procedere, curru vehi, equitare, & omnia quæ absque Pharmaci assumptione præstitisset, peragere. Neque ex Indis remotioribus quærenda præsidij materies: neque simplicium aceruanda farrago, sed simplicissimum est quoddam, quod etiam rudes parare queant, & Pharmacopolij alioqui ignari.

℞. Florum Persici recentium m. 3.

- Et sic per septem dies singulos.

- Infundantur in lib. 10. aquæ fontis, quotidie extrahendo pridianos optimè expressos. Mox recipe huius Infus. completæ lib. 2.

℞. Sacchari fini lib. 1. 5.

F. Syrupus S. A. qui potest clarificari, & dosis est vnciarum duarum circiter, tribus horis ante prandium. Nulli viscerum officit, imò eadem corroborat.

- Et vt cum Galeno ad paratu facilia confugiamus, magisque arrideat remedium sub alimento, ita mensam instruamus, vt cibus medicas vires induat. Olera itaque non tantùm ita ostendamus parare, & fructus, sed & carnes, & Vina, vt pharmacorum naturam corpori salubriter inferant, & adeò blandè, vt assumentis nil præter cibum degustari credatur. Nec authores nos agnoscit inuentum pulcherrimum, Dioscorides siquidem, Marcus Cato, Columella, Plinius, Alijquè Naturæ à secretis, licet obscure, opportunissimam artem hanc tradidere.

Quemadmodum autem tres potissimum humores in corpore ægrorum peccant, bilis, pituita, melancolia, de quibus supra, ita ad hos educendos simplicia requiri debent: & quamquam fœces intendamus euacuare, non humores primariò, sciendum tamen, fœcibus humores semper admixtos esse pro temperaturæ prædominio; quare iuxta illorum naturam, etiam fœces eliciuntur. Et quoniam in corporibus insalubribus etherogenæ peccare materiæ solent, potiùs quàm simplex aliqua, iccirco prospiciendum, quonam præsertim humore corpus refertum sit, & qui vberius educendus, tunc enim electiuo impulsu, natura fœces prædominante humore procul dubio scatentes, commodius educet.

Helleborus igitur niger, cum utramque bilem educat, usu veniet. Colocynthis cum pituitam bilemque purget, erit quoque usurpanda; sic & præparatum scammonium, Cucumer agrestis, esula, Lathyris, Mezereon; quæ omnia valentius cum agant ore assumpta, & maximo utentium discrimine quemadmodum improbo, & damno, sic summopere probo, & amplector, ad olerum, fructuum, & animalium præparationem, quoniam transeuntia in aliarum plantarum, eoque magis animalium substantiam, tertium quoddam, illudque benignum, & innocens ex ipsis resultat, virulentia, eoque magis violentia exclusa.

Arbuscula ergo feligas, dulcia Cerasa, Ficus, Poma ferentia, aut Vuas quibus utare. Circa radices altius Terram efodies, & quatrduo, aut amplius Vino, & Aqua macerata superius adducta simplicia purgantia compones; exuperante hoc, vel illo pro iudicio Medici, & pro indigentia: succus enim, quem Radix exsugget, toti Plantæ, ac fructibus etiam soluendi facultatem comunicabit.

Vel supra radicem, blandè corticem finde, lignumque ad medullam terebrato: mox iniice extracta vino dissoluta per siphonem, eorundem simplicium; & argilla, ac fimo bubulo optimè lutato arboris vulnere, à ventis, ac gelu tutare; dabit quippe fructus ventri subducendo aptos. Item Vuas habebis ex Vitibus.

Vel radicis ramum abscinde, & Vas figulinum maceratis iam dictis (Helleboro scilicet, &c.) plenum, recisæ radici inferito, ne transpiret. Idem præstabit.

Alij decoctione iam præfatorum simplicium arbuscula non tantum frequentius rigant, sed & tenellos adhuc fructus sæpè irrorant ad eundem finem.

Olera pariter tractant, tum propè fossis purgantibus, tum frequenti irrigatione. Inter quæ potissimum Lactucam, Betam, Borriginem, Brassicam, Cucurbitas, Fabam.

Carnes verò Gallinarum, Caponum, Turturum, Perdicum, Columbarum, & similium quotquot sunt avium, necnon hædorum, leporum, & aliorum id genus posse ita comparari, ut solvere alium possint, nulli negandum est: quamquam etenim sunt qui asserunt, vires, seu facultates certò generi à substantiali forma tributas, quæ in complexione peculiari consistunt, non posse rebus specie distinctis communicari, multis tamen experimentis, auctoritatibusque res alio modo se habet.

Comperitum est siquidem Nutricis lac, qua die purgans assumperit, validè infantis ventrem soluere: & Galeni loca notissima docent, lac Capræ, quæ plâtas purgantes fuerit depasta, præsertim Lathyrim, aut Scamonium, deiectorium fieri: quemadmodum etiam Montanorum Veruecum carnes quos pauit Abrotanum, Abrotani ad vnguem odorem referunt; prout etiam Turdorum carnes olent Iuniperum, si ip-sus (quod solent) præ maturis baccis vescantur.

Sunt igitur Helleborus, Tithymalus, Scamonium, Turbith, Hermodactili, Cucumis agrestis, & alia id census, triduo aut amplius macerandi fontana aqua; ac deinde triticum, mil-linum, hórdeum, incoquenda sunt in ea; iterumquè exsiccan-da, & quotidiano pabulo alitibus offerantur, aut animalibus quibus erit mensa instruenda; ipsorum etenim caro ven-trem blandè, sed indubiè soluet.

Possunt etiam exentaratæ aues, purgantibus infarciri, & decoqui, aut elixatas mallint, aut torrefactas, sed gustui hæ non satis iucundæ erunt.

Vina quoque altera sic possunt plures ad vsus, vt felicissi-mo euentu, morbis ferè omnibus Medicus resistere possit, nisi cum febre iungantur. Verùm cæteris modò omittis, pro alni tantummodò solutione proponemus. Qua in re Medicus valde oculus esse debet, ne impuro existente corpore, dum me-dicamentosum Vinum propinat, magis ac magis venas impu-ris humoribus, & crudis infarciat: debitè igitur ex purgato semel corpore, aut Vere, aut Autumno, tutus erit Vini vsus.

Soluens itaq; Vinum parabis hoc modo, in melancholicis, & biliosis.

℞. Helleb. n. præp. Lib. 5.

Mechiocam } An. Vnc. 2. 5.

Scialapæ }

Esulæ præp. Vnc. 5.

Omnia leuiter contusa pones in petia ligata (vt etiam cum vulgaribus loquar) & octiduo in lib. 300. Vuæ vindem-miarum tempore ebullire permittas.

Aut alio temporis articulo, eodem modo ducentis Vini libris per octiduum infunde, & vttere, aut tota mensa, aut vno cyatho, si sufficiat.

Quod si delicatior sit, qui vsurus; tunc blandiora sat erunt: exempli gratia, Senna, Passulæ, Ebulorum semina, cum modi-co Hellebori, & Hermodactilorum.

Acetum pariter acetarijs condiendis parari poterit, ex Sena, cum aliquot Ricini granis contusis: sed addita semper Sapæ quarta parte, quoniam acetum medicatum, semper aluum exsiccat, nisi dulcia admisceantur.

Iuscula quoque, pulli, aut Vituli, poterunt soluentia tuto vsurpari, in quibus dissolutum sit saccari semi vncia, cum drachma Cremoris Tartari, & granis tribus Gummi Guttæ.

Quod si magis Conseruæ arrideant, fiant ex Rosis moscatis albis, optimè contusis, cum granis aliquot diagridij, & Gummatibus Guttæ, nec non Aiptæ moscatæ, aut Gallia moscatæ Mes. tunc enim torminum cessabit incommodum.

Vel sumantur Citri saccaro conditi, tenuissimè concisi Vnc. 6. Cremoris Tartari Drac. 3. Gummi Guttæ Mechio-can An. Drac. 1. cum Syr. de Cort. Citri q. s. f. conserua, aromatizata cum Mosco, & Ambra, dissolutis cum aqua florum Aurantij dosis erit drachmarum quinque circiter.

Conserua quoque Citoniorum paratur, cum infusione Senæ, Scialapæ, Mechio-can, Passularum, Polipodij, Esulæ, satis iucunda gustui, & quæ blandè aluum subducit.

Verum & Aqua Ventrem soluens potest parari, si recipias Polipodij querc. opt. præp. vncias sex: Senæ electæ Drac. 3. Mechio-can Dr. 1. 5. rad. Esulæ opt. mund. Vnc. 1. S. Ebulorum Vnc. 2. Hermodactilorum, Turbith, Ana vnciam semis.

Omnia triduo macerentur in aqua Borag. lib. 12. deinde per pannum optime compactum decies, & pluries transmittatur decoctio, quæ etiam tandem per lotam, deinde exsiccatam arenam trajici poterit, donec decolor, & inodora penitus fiat, non enim soluendi facultatem amittet. Dosis Vnc. 3. circiter, & remedium est febricitantibus quoque conueniens, exceptis febre ardenti, mali moris, & Hæctica.

Ista Consulant, quibus aluus adstrictior est: quod si in simplicium pondere hæreant, (non enim poterant ad vnguem explicari) familiarem Medicum, aut peritum aliquem pharmacopolam adeant, (nisi febris adsit) qui poterit concinnè satis rem ordinare; Tutiùs tamen Medico vtendum semper.

Extrinfecis quoque irritantibus aluus potest subduci, linimento nimirum parato ex felle Bubulo, Colocynthide, Antimonio, Extracto Hellebori, succo Cyclamini, & Cucumeris agrestis, cum Melle subactis, quo Umbilicus illiniatur bis in die ante cibum.

Additionum Finis.



MEDICAM VIAM CAPESCENTI,

CAROLVS PONA

Ingentes Opes, Solidam

Famam.



DATERNAS hasce Elucubrationes, cum nuper discendi studio peruoluerē, imò etiam transcriberem, erumpentem vt Adolescentiam IATROSOPHIAE initiarem, nonnullas extra Latium natas voces offendi. Exotici itaque sermonis Interpretes consulere placuit, Tyrocinijque labores, quali quali hacce exercitatione minuere; asperiora nempe vocabula, explicatione lenire. Tu præcocia iuuandi vota ne spernas, diuquē valeas.

Anthos.

Significat

Flos.

Alexipharmacum.

Contra Venenum.

Anastomasis.

Apertio Venæ.

Atrophia.

Abolita Nutritio.

Angina.

Tumor inflammat. gutturis.

Cacochymia.

Praui succi copia.

Cachexia.

Malus corporis habitus.

Cephalæa

Capitis dolor.

Cautica

Adurentia remedia.

Clismata.

Clismata.	Significat.	Clisteres.
Diapedesis		Resudatio Venæ.
Dieresis.		Disruptio Venæ.
Deleterium.		Mortiferum.
Epidemiæ.		Populares morbi.
Per Epicrasim.		Paulatim.
Enemata.		Clisteres.
Eclegma.		Lambitium.
Hippocondria.		Infra Costas.
Hemorrhagia.		Sanguinis fluor.
Hyrrhina.		Nasalia.
Licanthropi.		Lupini Homines.
Narcotica.		Stupefacientia.
Omotona.		Vnius toni.
Oxyrrhodina.		Aceto Rosata.
Oligophorum.		Vinum multa Aqua dilutum.
Pathemata.		Passiones Animi.
Plethoria.		Plenitudo.
Pharmacum.		Venenum, & etiam remedium.
Ptisana.		Cremor Hordei.
Phcenigmata.		Vesicantia.
Pericardion.		Cordis tunica.
Rheuma.		Catarrhus.
Saphæna.		Vena ab vtero.
Veratrum.		Helleborum.

Morborum nomina omittimus, quoniam ipsorum definitionibus aperiantur. Simplicium pariter, & Compositorum, suarum quippe hæc Artium sunt, nec nisi erudita peritæ liquent. Illa tantum afferre expedijt, quæ novitium morari Medicum possunt, integram rei cognitionem, vocabuli obice præcludente. Iterum Vale, Medicam qui Artem exquiris.

Seorsim dabuntur (Deo annuente.)

Humani Corporis Analysis.

Cephalica Hebdomada, seu de Humani Capitis Illustri Opificio, Læctiones septem.

De Oculorum Structura, & Aegritudinibus.

De Morbis Mulierum.

De Grauidarum Cura.

De Puerperarum Custodia.

De Vermibus.

De Morbis Hæreditarijs.

De Gallica Lue.

De Pulsibus, & Vrinis.

De Venenis, & eorum curatione.

De Lycanthropis.

Consiliorum Medicorum Centuria.

Lector interim æquanimus, potiora hæc boni consulat,
& felix, ac diù viuat.

F I N I S.

DEO Laus, & Gloria.

Excudebat VERONÆ Merulus.

A N N O M D C X X X I X.

Superiorum Permissu.

IUDICIUM OPERIS.

Cæteri Medicæ Artis periti, affectis morbo Medicam admouent manum; Noster iste peritissimus Auctor, admonet, & Medicinæ, quam purgavit à noxijs, à superfluis exemit, & calami sui ferro nimis laciniosa absecuit, inutilia vtiliter abrafat. Denique magna Arte Artem longam contraxit in breuem. Dignum opus, quod in publicum commodum publici iuris fiat. A Reu. P. F. Petro Maria Dulcetto Veronæ Inquisitore iussus Librum percurrere de Libro hoc iudicium ferebam.

In ædibus S. Nicolai 8. Kal. Febr. 1638.

Ego Aloysius Nouarinus Cler. Reg. S. T. D.

Imprimatur

Fr. Petrus Maria Dulcettus Ord. Præd. S. Theol. Mag. Inquisit. Generalis Verona.

Noi Reformatori dello Studio di Padoa.

Hauendo veduto per Fede del M. R. P. Inquisitor di Verona & per attestato del Padre Maestro Fulgentio, che nel Libro composto da D. Francesco Pona Medico, intitolato Medicæ Prolusiones non si troua cosa contra la Santa Chiesa Cattolica, Prencipi, ò buoni costumi diamo licenza, che sia stampato: douendosi però offeruare quello, che vien disposto per Legge in questo proposito, & mandar vn Libro per la Libreria publica. In quorum fidem, &c.

Data à 2. di Febraro 1637.

§ Francesco Morosini Proc. e Reff.

§ Battista Nani Reff.

Aluise Quirini Secretario.

630895

SERENISSIMAE

Academicae

ADELAIDI


Imperatricis Russiae Ducissae

ELECTRICI SERENISSIMO

Principe Imperatoris Russiae

CAROLI PRIMO

MDCCCXXXIII



PERPETUAE

MEMORIAE

